BROOKLYN PUBLIC LIBRARY

Bought from the income of the gift,
received in 1882, of
ALEXANDER M. WHITE

P. TERENTII AFRI
COMOEDIAE

EX RECENSIONE DANIELIS HEINSII

COLLATA AD ANTIQUISSIMOS MSS. CODICES

BIBLIOTHECAE VATICANAE

CUM VARIANTIBUS LECTIONIBUS

LARVIS ET PERSONIS DEPROMPTIS EX EISDEM CODICIBUS

ET ITALICA VERSIONE.

RECENSUIT, NOTASQUE ANTIQUAM ARTEM COMICAM,
ET NONNULLA ANTIQUITATUM ROMANARUM MONUMENTA
ILLUSTRANTES ADDIDIT

CAROLUS COCQUELINES.

TOMUS II.



Theatrum Pompeii

ROMAE MDCCLXVII.

IMPENSIS NICOLAI ROISECHII BIBLIOPOLAE
ET TYPOGRAPHI IN FORO AGONALI.

SUPERIORUM FACULTATE.

R ⊖
f 872
T31 Cc
v.2

P. TERENTII
ADELPHI.*

ACTA . LVDIS . FVNEBRIBVS [a]
L. AEMILII . PAVLI [1]
Q. FABIO . MAXIMO . P. CORNELIO . AFRICANO
AEDILIBVS . CVRVLIBVS **
EGERE
L. ATILIVS . PRAENESTINVS . MINVTIVS . PROTIMVS
MODOS . FECIT . FLACCVS . CLAVDII
TIBIIS . SARRANIS ***
FACTA . E . GRAECA . MENANDRV
L. ANICIO . M. CORNELIO . COSS. ****

VARIANTES LECTIONES

[a] GRAECA MENANDRV. ACTA LVDIS FVNERALIBVS LVCIO AEMILIO PAVLO QVOS FECERE LVCIVS FABIVS MAXIMVS P. CORNELIVS AFRICANVS. EGERE LVCIVS HATILIVS PRAENESTINVS. LVCIVS AMBIBIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIS SARRANIS. TOTA FACTA VI. M. CORNELIO CETHEGO. L. GALLO COS. *Sic quoque legi in duobus antiquis Codicibus Bibliothecae Regiae Parisiensis, testis est Daceria.*

[1] ACTA LVDIS FVNEBRIBVS QVOS FECERE Q. FABIVS MAXIMVS P. CORNELIVS AFRICANVS AEMILI PAVLI. EGERE L. ATILIVS PRAENESTINVS MINVTIVS PROTHYMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRI. ANICIO M. CORNELIO COS.

* Scribunt nonnulli ADELPHOS, alii autem ADELPHOE, & fortasse melius, quod probat Donatus in saepe laudatis Commentariis.

** Corruptam hanc esse epigraphem putant Scaliger, Muretus, Camus, Daceria, aliique quamplures. Nec temere. Ludi siquidem funebres minime ab Aedilibus curulibus, sed a demortui filiis, aut consanguineis curabantur. Huc accedit, P. Cornelium Scipionem Africanum numquam Aedilitatem fuisse adeptum: cui quidem duodecimo fere anno post Pauli Aemilii parentis sui obytum eam petenti ultro Consulatus delatus est, Aurelio Victore teste: *Quum Aedilitatem peteret, Consul ante annos* (huic nempe adipiscendo muneri praestitutos) *ultro factus*. Quare probatur nobis quammaxime Codicum Vaticanorum lectio, ex qua eruitur, eos patri suo, a quo dati in adoptionem fuerant, Q. quidem Fabius Maximus Fabio Maximo, P. vero Cornelius Scipioni Africano, hisce ludis parentasse.

*** Daceriae Tibiarum Sarranarum, quae acuminis levitate jocis conveniebant, usus funebribus in spectaculis haud arridet, putatque, bis actam fuisse Adelphoe; primo scilicet in funere L. Aemilii Pauli Tibiis lydiis, seu dextris, quae pauciora foramina, gravioremque sonum quum haberent, gravibus conveniebant spectaculis; mox Tibiis Sarranis: quod erui posse putat ex Donati Praefatione in hanc Comoediam, ubi ait „Modulata est autem Tibiis dextris, idest lydiis, ob feriam gravitatem, qua fere in „ omnibus Comoediis utitur hic Poeta. Saepe tamen mutatis per Scenam modis, cantica mutavit: quod significat titulus Scenae „ habens subjectas Personis Literas M. M. C.„ Has autem tres Literas eruditissima faemina interpretatur MUTATIS MODIS CANTICI. Accipio textum, triumque Literarum illarum interpretationem: assentiorque, Sarranas Tibias funebribus spectaculis haud convenire, iterumque, immo VI. actam Adelphoe fuisse, quod in antiquissimo Vaticano Codice legitur. Miror tamen mutilatum a Daceria fuisse Donati textum, quem integrum nos retulimus; reticet enim verba illa, *qua fere in omnibus Comoediis utitur hic Poeta*; ex quibus profecto deducitur, non in Adelphoe solum, sed in omnibus Comoediis, singulisque in Scenis mutatos fuisse modos, ubi id rei, scilicet sententiarum, actionisque gravitas requirebat. Modos autem a Musicario, scilicet a Flacco Claudii Filio, seu potius Liberto mutatos fuisse, idem docet Donatus in *Fragment. de Tragoed. & Comoed. Cantica temperabantur modis non a Poeta, sed a perito artis musicae factis*.

**** Putant nonnulli, actam Adelphoe fuisse anno ab Urbe condita DXCV. ante C. N. CLVIII., qui porro annus cum morte Aemilii Pauli minime congruit. Ex nostris Vaticanis Codicibus diversis temporibus quum acta appareat, nihil certi statui posse videtur; dummodo constans, firmumque sit, actam primo fuisse in funere Aemilii Pauli.

3660464

PERSONAE.	PERSONAGGI.
PROLOGUS.	PROLOGO.
MICIO Senex.	MIZIONE Vecchio.
DEMEA Senex.	DEMEA Vecchio.
SANNIO Leno.	SANNIONE Mezzano.
AESCHINUS Adoleſcens.	ESCHINO Giovane.
SYRUS Servus.	SIRO Servo.
CTESIPHO Adoleſcens.	TESIFONE Giovane.
SOSTRATA Matrona.	SOSTRATA Matrona.
CANTHARA Nutrix.	CANTARA Nutrice.
PAMPHILA Puerpera.	PANFILA Giovane.
GETA Servus.	GETA Servo.
HEGIO Senex.	EGIONE Vecchio.
DROMO Servus.	DROMONE Servo.
Perſonae mutae.	*Perſonaggi, che non parlano.*
BABYLO.	BABILONE.
STORAX Servus.	STORACE Servo.
PARMENO Servus.	PARMENONE Servo.

EXPOSITIO NOMINUM

INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

MITIO Senex ἀπὸ τῆς μήτιδος a mente, & conſilio; ſive ἀπό μικκῆ, quod in eo omnia ſint mitia, depreſſa, & placida.

DEMEA Senex ἀπὸ τῆ δήμῳ, antiquis moribus homo, & ſtatus popularis amans.

SANNIO Leno a Sannis, vel potius ἀπό τῆ σαννίᾳ ab haſta, quae valere a jocantibus dicebatur.

AESCHINUS, ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, a probro, quaſi probroſum dicas, quod flagitiis eſſet infamis; vel ab αἶσχ⊖, dedecus: analogice eſſet Αἰσχίν⊖, niſi forte ſit potius Αἰσχίνης, Aeſchines.

SYRUS Servus, gentile nomen.

CTESIPHO Adoleſcens τὸ τῆς κτήσεως φωτὸς patrimonii ſplendor.

SOSTRATA Matrona τὸν ϛρατὸν σώζουσα a ſalute copiarum, foemininum de maſculinis factum.

CANTHARA Nutrix, a cantharo nomen aptum nutricibus, quae fere bibulae ſunt.

PAMPHILA Puerpera, omnibus cara, atque amabilis.

GETA Servus, gentile nomen a Getis, qui poſtea Gothi.

HEGIO Senex ἀπὸ τῆ ἡγεῖσθαι a ductu, ſeu principatu.

DROMO Servus ἀπὸ τῆ δρόμου a curſu.

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE.

DUos cum haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Aeſchinum;
Sed Cteſiphonem retinet. hunc citharistriae
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre,
Frater celabat Aeſchinus; famam quoque [1]
Amoris in ſe [a] transferebat; denique
Fidicinam lenoni eripuit [b]. Vitiaverat
Idem Aeſchinus civem Atticam pauperculam;
Fidemque dederat, hanc ſibi uxorem fore.
Demea jurgare, & graviter ferre. mox tamen,
Ut veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus [2]
Vitiatam; potitur Cteſipho citharistriam,
Exorato ſuo patre duro Demea [c].

VARIANTES LECTIONES

a Amorem in ſeſe. b eripit Lenoni. c *Deeſt hic verſus in Codice, nec ullum obliteraturae veſtigium apparet.*

1 famamque amoris in ſe transferebat. 2 ducit Aeſchinus a ſe vitiatam Civem Atticam virginem uxorem. Potitur Cteſipho &c.

ARGOMENTO.

EBbe Demea due figli, uno ritenneſi
Per ſe nomato Teſifone: ed Eſchino,
Che fu l' altro, negli anni ſuoi più teneri
Diede al fratel Mizione, onde allevaſſelo
A ſuo piacere, e l' addottaſſe in proprio.
Teſifon con un padre acerbo, e zotico
Di bella Cantatrice in ſu la Cetera
Era invaghito, e ſotto l' ombra d' Eſchino,
Che moſtrava arder e' di quella femina,
Godea dell' amor ſuo tranquillo, e tacito.
Alla per fine del Mezzan con impeto
Rotte le porte, la bramata Giovane
Eſchino porta via. Di sì triſta opera
Parla ciaſcuno, ed in privato, e in pubblico.
Già tempo fa di notte avvenne, ch' Eſchino
Vizio di Atene una fanciulla povera,
Ma cittadina. Del mal poi pentitoſi
Giurò prenderla in moglie, e ſommo gaudio
N' ebbe di ciò l' addolorata Giovane.
Per fatti tali il Vecchio alpeſtre, e rigido
Quanti al fratello diede aſpri rimproveri!
E quante ſparſe mai querele, e lagrime
Per geloſia, che allor ſi preſe di Eſchino,
La ſua ſpoſa, credendolo ingannevole!
Ma ſcopertoſi il vero, ella maritaſi
Con eſſo lui, e Teſifone ammogliaſi
Con quell' altra: e di duro, e d' intrattabile
Faſſi toſto Demea grato, e piacevole.

La Scena ſi rappreſenta in Atene.

Poſt-

Ter. Adelph

*

Ostquam Poeta sensit, scripturam suam
Ab iniquis observari, & adversarios
Capere in pejorem partem, quam acturi sumus,
Indicio de se ipse erit: vos eritis judices [1],
Laudine an vitio duci factum id oporteat [2].
Synapothnescontes Diphili comoedia est:
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

In

VARIANTES LECTIONES

1 vos judices. 2 factum oporteat.

Quando il Poeta chiaramente avviddesi,
Che con occhio maligno si osservavano
Le sue Commedie, e si spargean dagli emuli
Voci d' invidia per lor torre il credito;
E sopra ogni altra incolpar, e riprendere
Questa, di cui or vi farem la recita;
Vuole egli stesso in modo aperto, e candido
Dirvi ciò, ch' egli ha fatto; e vuol che giudici
Voi siate, s' egli merti o laude, o biasimo.
La Commedia di Difilo, che chiamasi
I Commorienti, o sia color, che voto
Di viver fanno, e di morire insieme,

Fece

NOTAE

* De Scabillario, qui hac initiali Litera exhibetur, nonnulla praefati jam sumus Tom. I. pag. 7.

Praestat nunc, nonnihil de Persona Prologi delibare, quae singularis est hac in Comoedia: ac si Daceriae credimus, maxime convenit cum MSS. Codicibus Regiae Bibliothecae Parisiensis, in quibus, qui Prologum agit, ramum quemdam sinistra manu gerit, qui cupressinus esse videtur, apteque funebrem actionem repraesentat. Cupressus siquidem Diti sacra erat, funebrique signo ad domos posita, teste Plinio *Hist. nat. XVI.* 33. funestam domum indicabat. *Moris romani fuerat*, inquit Servius in AEneid. III. 64. *ramum cupressi ante domum funestam poni, ne quisquam Pontifex per ignorantiam pollueretur*: notatque morem hujusmodi ab Atticis ad Romanos fuisse derivatum; *nam apud Atticos funestae domus cupressi fronde velantur*. Praeterea rogum ipsum Cupressu cingi solere, docet Ovidius Trist. Eleg. XV.

Funeris ara mihi ferali cinctia cupresso
Convenit, & fructis flamma parata rogis.

Siquis plura de Romanorum funeribus desiderat, Kirchmannum, Guthe-

In Graeca adoleſcens eſt, qui lenoni eripit
Meretricem in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum: eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos: verbum de verbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus novam: pernoſcite,
Furtum ne factum exiſtumetis, an locum
Reprehenſum, qui praeteritus neglegentia eſt.
Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum adjutare, aſſidueque una ſcribere;
Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cum illis placet,
Qui vobis univerſis & populo placent;
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore uſu' eſt [a] ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulae.
Senes, qui primi venient, hi [b] partem aperient;
In agendo partem oſtendent. Facite, aequanimitas
Veſtra Poetae ad ſcribendum augeat induſtriam.

VARIANTES LECTIONES

a uſus eſt. *b* ii.

Fece Plauto latina, ed il medeſimo
Nome le diede. Nella greca Favola
Viene introdotto un Giovanetto fervido,
Che una ragazza ſtrappa via con impeto
Di mano d'un mezzano; e nel principio
Queſto addiviene di quella Commedia.
Plauto di un cotal luogo fu dimentico;
E'l noſtro ſe lo preſe, e latin fecelo
Parola per parola traſcrivendolo;
E'l poſe negli Adelfi, la qual Favola
Reciteremvi adeſſo. A mente libera
Con giuſta lance ora da voi ſi eſamini,
Se debba darſi di ladrone il titolo,
Per queſto luogo preſo da Difilo,
A Terenzio, o pur d'uomo accorto, e provido,
Che un sì bel luogo laſciato da Plauto
Si è preſo, e ſe l'è fatto coſa propria.
Di quello poi, che sì da' ſuoi malevoli
Per biaſimarlo ſi cinguetta, e mormora;
Che uomini illuſtri per potenza, e naſcita
L'ajutano a compor le ſue Commedie;
Egli non ſol non ſentene rammarico,
Ne ſe lo tiene punto a vituperio,
Ne, come eſſi ſi credono, ad obbrobrio;
Anzi che a lode ſomma, a gloria maſſima;
Ogni qual volta a que' piace, che piacciono
A ciaſcuno di voi, e a tutto il popolo,
De' quai le grazie, e' molti benefizii
Fatti da lor ſenza ombra di ſuperbia,
Ed in tempo di pace, e di milizia,
Sentiron tutti ed in privato e 'n pubblico.
Niuno del reſto aſpetti della Favola
L'argomento. I due Vecchi, che or ſen vengono,
Di eſſa una parte vi diranno ſubito,
E'l rimanente poi color, che ſeguono.
Favoritelo dunque, e cuore, e ſpirito
Accreſcetegli ogn'ora, onde egli induſtriſi
Vie più a piacervi nel compor Commedie.

Mic. Storax

NOTAE

Gutheriumque conſulat. Satis nobis eſt haec attigiſſe, ut oſtendamus, quam bene haec Tabula huic Comoediae conveniat, quam Athenis agi Poeta fingit, & in demortui Aemilii Pauli honorem actam fuiſſe, ipſe Titulus teſtatur.

P. TERENTII
ADELPHI.

Ter. Adelph. Fig. xx

MICIO
SENEX

Actus I. Scena I.

* *Mic.*

Torax : non rediit hac nocte a coena Aeſchinus,
Neque ſervulorum quiſquam, qui advorſum ierant.
Profecto hoc vere dicunt : ſi abſis uſpiam,
Aut [a] ubi ſi ceſſes, evenire ea ſatiu' [b] eſt,
Quae in te uxor dicit, & quae in animo cogitat
Irata, quam illa, quae parentes propitii.
Uxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,

Aut

VARIANTES LECTIONES

a ibi. *Sic in utroque Codice.* *b* fatius.

Mizione Vecchio.

Miz. *Torace; queſta notte dalla cena*
Eſchino non tornò, ne alcun de' ſuoi
Servi, che andaro ad incontrarlo. Certo
Ch' egli è pur vero quello, che ſi dice:
S' egli avvien, che tu ſii in qualche luogo
Fuora di caſa, o che non torni a tempo,
Che ti avvengan piuttoſto quelle coſe,
Che dice contro te la moglie irata,
O in ſua mente ravvolge, che quelle altre,
Che penſa il padre, o la madre benigna.
La moglie, ſe tu tardi nulla nulla,

Subi-

NOTAE

* Ad ea confirmanda, quae diximus de antiquis Larvis occiput, poſticam partem, barbam, fictumque habentibus capil-

Aut te amari, aut potare, aut [a] animo obsequi,
Et tibi bene esse soli, quum sibi sit male [b].
Ego, quia non rediit filius, quae cogito?
Quibu' [1] nunc solicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quemquamne hominem in animum [c] instituere, aut
Parare, quod sit carius, quam ipse est [2] sibi?
Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre [d]. is adeo
Dissimili studio est. jam inde ab adolescentia,
Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium
Sequutus sum: &, quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui. ille contra haec omnia,
Ruri agere vitam, semper parce ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filii
Duo. inde ego hunc majorem adoptavi mihi:
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo:

In

VARIANTES LECTIONES

a atque. b *Hic versus deficit in Codice.* c animo. d fratre meo — Is dissimili studio est &c.
1 Et quibus. 2 sit.

Subito pensa, o che amato tu sia,
O che ami, o beva, e scherzi allegramente:
In somma che per te vada sol bene,
Quando per lei va male. Or io, che penso,
Perchè non venne il mio figliuolo a cena?
Da quai crudeli cure il cuore ho punto!
Ho timor, che o dal freddo intirizzito
Non sia rimaso, o che non sia caduto,
O si abbia fatto qualche grave male.
O Dio, possibil' è, che verun uomo
Si disponga a cercare, e si procacci
Cosa, che a lui di se più cara sia?
Ma pur questi non è mio proprio figlio,
Ma del fratello mio Demea, col quale
Ci dichiamo pur poco, e fummo sempre
Fin da' primi anni di contrario umore.
Io volli seguitar questa piacevole
Vita civile, e l' ozio dolce e grato,
Ne volli moglie: che il non prender moglie
Si pone tra le cose fortunate.
Quegli al contrario ritirossi in Villa,
Ove si tratta assai meschinamente,
Ed aspramente. Prese moglie, e n' ebbe
Due figli, ed il maggior di questi due
Mi adottai, e allevai fin da fanciullo;
Ed emmi caro, come fosse mio.

In

NOTAE

litium, initiali hac Litera exprimendum curavimus antiquissimum Vas e pario marmore, quod in Hortis Burghesianis prope Urbis Romae moenia extra Portam Flaminiam adservatur: elegantissimum profecto opus, miraque elaboratum arte. Quatuor in eo exculptae visuntur Larvae, binae binae utrinque, & quidem postica in parte conjunctae: Tragicae sint an Comicae, nostra minime interest differere: posticam tamen eas habere partem, patet intuenti, barbamque satis longam, praetereaque crines hederacea redimitos corona.

Aliam quoque Larvam his addere operae pretium duximus, quam refert Ficoronius in Dissertatione de *Larvis Scenicis* Tab. XL. Bombycina ornatur calantica; tenuique fascia, quae duos in limbos distinguitur, postica tegitur pars: sed peculiaris ejus ornatus spectandus videtur: tot enim inter Larvas, quas laudatus refert Ficoronius, & nos ex Vaticano deprompsimus Codice, nulla alia sic ornata sese videndam praebuit. Judicium esto penes eruditos.

In eo me oblecto: ſolum id eſt carum mihi.
Ille ut item contra me habeat, facio ſedulo:
Do, praetermitto, non neceſſe habeo omnia
Pro meo jure agere: poſtremo, alii clanculum
Patres quae faciunt, quae fert adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit [a] patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit caeteros.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere, ſatius eſſe credo, quam metu.
Haec fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit ad me ſaepe clamans [b], quid agis, Micio?
Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptum ſuggeris?
Veſtitu nimium [c] indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipſe eſt durus praeter aequomque, & bonum:
Et errat longe mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.
Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum:
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet [d]:

Studet

VARIANTES LECTIONES

a inſueverit. *b* clamitans. *Concordant Codices.* *c* nimio. *Concordat cum altero Codice.* *d* pavet.

In lui ſol mi conſolo, e mi rallegro,
Ed egli ſolo è tutto il mio piacere:
E quanto ſo, dal canto mio m' ingegno,
Ch' egli verſo di me faccia lo ſteſſo
Gli dono, ſerro gli occhi, e non l' oſſervo
Così per lo minuto: Finalmente
Ho io avvezzato queſto mio figliuolo
A nulla mi celar di quelle coſe,
Che fanno i figli, e aſcondono a' lor padri.
Poichè fanciul, che a dir bugie ſi avvezza,
E ſi avvezza a ingannare il padre ſuo,
O almen lo tenta, con maggior audacia
Sarà bugiardo, e ingannator con gli altri.
Per tener lungi dal peccare i figli,
Io per me credo, del timor che poſſa
Più la vergogna, e la piacevolezza.
Ma in queſte coſe egli è diſcorde aſſai
Da me il fratello mio, e non gli piacciono;
E ſpeſſo vienmi a ritrovar gridando,
Mizion che fai? a che mandi in rovina
Quel giovanaſtro? perchè è innamorato?
Perchè beve? perchè gli ſomminiſtri
Danaro per far queſto? E nel veſtire
Lo fai molto ſfoggiar? Sei poco pratico
Del modo di allevarlo. Acerbo troppo
Egli è ſopra il dover, ſopra l' oneſto:
Ed erra aſſai, ſecondo il mio parere,
Chi ſtima più fondato, e più ſicuro
Un impero, che ſia pigliato a forza,
Di quello che ſi acquiſta per amore.
Io così credo, e giudico, che ſia:
Chi fa per forza quello, che ha da fare,
Guarda attorno ſe è viſto; e ſe neſſuno
Crede, che oſſervi, fa tutto il contrario.

Ma

Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit.
Quem beneficio adjungas, ille ex animo facit:
Studet par referre, praeſens abſenſque idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,
Fateatur neſcire[1] imperare liberis.
Sed eſt ne hic ipſus, de quo agebam? & certe is eſt.
Neſcio quid triſtem video. credo jam, ut ſolet,
Jurgabit. * Salvom te advenire, Demea,
Gaudemus.

VARIANTES LECTIONES

1 ſe neſcire.

Ma que', che ſolo è moſſo dall' amore,
Gran mercè delle grazie, che gli hai fatte,
Ciò che fa, fa di cuore, e ſempre ſtudia
I modi di eſſer grato: ed è lo ſteſſo
Sì da te lungi, come a te vicino.
Queſto è da padre, l'allevar i figli
A far ben da se ſteſſi, e non a forza,
A differenza del Padron co' Servi.
E chi queſto non ſa, confeſſi ancora
Di non ſapere comandar a' figli.
Ma queſti non è quel, di cui dicea?
Egli è certo. Mi par turbato alquanto.
Già griderà conforme il ſuo coſtume.
Di vederti, Demea, molto mi allegro.

NOTAE

* Hic loci Daceria Scenam dividit, & ſecundam exordi-tur. Diximus jam alias, morem Antiquis minime fuiſſe, Scenarum diviſionem indicare, quod ii marte ſuo fecere, qui poſtmodum Plautinas, Terentianaſque Comoedias ediderunt. Profecto hic Scenam partiri haud incongruum reor: probe enim fit diviſio, quum primum novus Actor inducitur in Theatrum, quod evenire oportet ante ea verba *Salvom te advenire, Demea, gaudemus*.

Act. I Scena II.

Dem. EHem, opportune: te ipſum quaerito.
Mic. Quid triſtis es? *Dem.* Rogas me[1], ubi nobis Aeſchinus
Siet, quid triſtis ego ſim? *Mic.* Dixin' hoc fore?
Quid fecit? *Dem.* Quid ille fecerit? quem neque pudet
Quidquam: nec metuit quemquam: neque legem putat
Tenere ſe ullam. nam illa, quae antehac facta ſunt,
Omitto: modo quid deſignavit? *Mic.* Quidnam id eſt?
Dem. Fores effregit, atque in aedeis irruit
Alienas: ipſum dominum, atque omnem familiam
Mulcavit uſque ad mortem: eripuit mulierem,
Quam amabat: clamant omnes, indigniſſume

Factum

VARIANTES LECTIONES

1 Rogitas me.

Demea, e Mizione.

Dem. *OH Appunto di te proprio io vo cercando.*
Miz. *Perchè ſei tu di così malavoglia?*
Dem. *Mi chiedi, perchè io ſia di malavoglia?*
Eſchino ove ſi trova? Miz. *Nol diſs' io?*
Or che ha fatto egli mai? Dem. *Che coſa ha fatto!*
Egli vergogna alcuna, egli timore
Non ha di alcun, ne ſi crede tenuto
A legge alcuna: ma queſto ſi laſci.
Oh che gran coſa mai tentato ha egli
Di fare or ora! Miz. *E che coſa ha tentato?*
Dem. *Ha ſpezzate le porte, ed è per forza*
Entrato in caſa di altri; ed ha percoſſo
Il Padron sì con tutta la famiglia,
Che quaſi ne ſon morti, e a viva forza
Seco ſi portò via la Donna amata.
Per la città ſe n' è levato un grido,
E ogn' un condanna un' opra tanto infame.

Quanti,

Factum esse. hoc advenienti quot mihi, Micio [1],
Dixere! in ore est omni populo. denique,
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum hujus simile factum? haec cum illi, Micio,
Dico, tibi dico: tu illum corrumpi sinis.
Mic. Homine imperito nunquam quidquam injustius [2],
Qui, nisi quod ipse facit [3], nihil rectum putat.
Dem. Quorsum istuc? *Mic.* Quia tu, Demea, haec male judicas.
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. haec si neque ego, neque tu fecimus,
Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.
Injurium est: nam si esset unde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per aetatem licet [4],
Potius quam, ubi te expectatum ejeciſſet foras,
Alieniore aetate post faceret tamen.
Dem. Proh Jupiter, tu [b] me homo [4] adigis ad insaniam.
Non est flagitium facere haec adolescentulum? *Mic.* Ah,

Auscul-

VARIANTES LECTIONES

a decet. *b* tu homo adigis me ad insaniam.

1 Factum esse hoc. advenienti quot mihi. 2 injustius est. 3 fecit. 4 tu homo rediges me.

Quanti, venendo io qua, mi hanno ciò detto,
Di cui si parla in pubblico, e in privato!
In fin se a nulla val proporgli esempi,
Non vede e' suo fratello, come attento
Bada alla casa; e come sobrio, e stretto
Vive in campagna, e come alcuna affatto
Di opere tali in lui non si ritrova?
Ma queste cose, che, Mizione, io dico
A lui, a te le dico; tu sei quello,
Che sei cagion, che si magagni, e guasti.
Miz. *Cosa al mondo più ingiusta non può darsi*
D' uom senza esperienza, che non crede
Se non quello, ch' e' fa, giusto, e ben fatto.
Dem. *E perchè ciò?* Miz. *Perchè giudice buono*
Al certo tu non sei di queste cose.
Non è poi gran delitto a un Giovanotto,
Il far qualche scappata, o l' ubriacarsi,
Credilo a me, ne lo spezzar le porte,
Ove ne spinge una passion violenta.
Che se noi tali errori non facemmo,
Ce lo negò di far la povertade.
Or tu ti ascrivi a lode quel, che solo
Per povertade lasciasti di fare:
Ingiusta cosa al certo; perchè noi
Se ne avessimo avuta la maniera,
Che non avremmo fatto? e tu a quel tuo,
Se fossi veramente un uom di senno,
Ora piuttosto, che l' età il consente,
Lascerestì far quello, che una volta
Fuor di tempo farà, quando te morto
Con gaudio, e festa caccerà di casa.
Dem. *O Giove! tu mi vuoi far impazzire.*
Il far di queste cose a un giovanotto

Non

Auſculta, ne me obtundas de hac re ſaepius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:
Is meus eſt factus: ſi quid peccat, Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem [a] feram.
Obſonat, potat, olet unguenta de meo.
Amat? dabitur a me argentum, ubi [b] erit commodum:
Ubi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur. diſcidit
Veſtem? reſarcietur. eſt [c], diis gratia,
Et unde haec fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremo aut deſine, aut cedo quemvis arbitrum:
Te plura [d] in hanc rem peccare, oſtendam. *Dem.* Hei mihi!
Pater eſſe diſce ab illis, qui vere ſciunt.
Mic. Natura tu illi pater es, conſiliis ego.
Dem. Tun' conſulis [e] quidquam? *Mic.* Ah, ſi pergis, abiero.
Dem. Siccine agis? *Mic.* An ego toties de eadem re audiam?
Dem. Curae eſt mihi. *Mic.* Et mihi curae eſt. Verum, Demea,
Curemus aequam uterque partem: tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. *Dem.* Ah Micio!
Mic. Mihi ſic videtur. *Dem.* Quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

Jam

VARIANTES LECTIONES

a fero. *b* dum erit. *Concordant Codices.* *c* & eſt, dis gratia. *d* in hac re. *e* conſiliis.

Non è peccato! Miz. *Ah m' odi, e non volermi*
Rompere il capo più ſu queſto affare.
In adozione mi deſti il figliuolo:
Or queſti è fatto mio: ſe egli, Demea,
Manca talora, e' manca a danno mio,
Ed ho del fallir ſuo la maggior pena.
Fa cene, e ſi tracanna ottimi vini,
E olezza tutto di unguenti odoroſi?
Lo fa co' miei denari. Arde di amore?
Dargli argento, fin che ne avrà modo.
Quando ſarà finito, ſe talora
Ammeſſo non ſarà, daraſſi pace.
Ha rotte alcune porte? rifaranſi.
Strappò una veſte? e queſta acconcieraſſi:
Per grazia degli Dei poſſo ciò fare,
E ſenza alcun incomodo. Alla fine
O ti accheta una volta, o mi ritrova
Un giudice, qual vuoi, che moſtrerotti,
Che in ciò tu prendi molti ſbagli, e molti.
Dem. *Ahimè, fratello, impara ad eſſer padre*
Da que', che veramente eſſer lo ſanno.
Miz. *Tu per natura, ed io ſon per conſiglio*
Padre di lui. Dem. *E tu che gli conſigli?*
Miz. *Ah ſe nulla più duri, io me ne vado.*
Dem. *Così dunque tu tratti?* Miz. *E ſempre mai*
Dovrotti udir ſopra una ſteſſa coſa?
Dem. *A me tocca a penſarvi.* Miz. *E a me pur tocca.*
Or ſu curi ciaſcun la parte ſua;
Tu quello, ed io queſt' altro: che ſe vuoi
Penſare ad ambidue; egli è lo ſteſſo,
Che rivoler quel figlio, che mi hai dato.
Dem. *Ah, Mizione.* Miz. *A me pare in tal guiſa.*
Dem. *Se così parti, e vuoi, che così ſia,*
Scialacqui, getti via, vada in malora,

Jam ſi verbum [1] unum poſthac... *Mic.* Rurſum, Demea,
Iraſcere? *Dem.* An non credis? [a] repeton' quem dedi?
Aegre eſt. alienus non ſum, ſi obſto: hem deſino.
Unum vis curem? curo: & eſt diis gratia,
Quom ita, ut volo, eſt. iſte tuus [b] ipſe ſentiet
Poſterius: nolo in illum gravius dicere.
Mic. Nec nihil, neque omnia haec ſunt, quae dicit: tamen
Non nihil moleſta haec ſunt mihi: ſed oſtendere,
Me aegre pati, illi nolui: nam ita eſt homo;
Cum placo, advorſor ſedulo, & deterreo.
Tamen humane vix patitur: verum ſi augeam,
Aut etiam adjutor ſim ejus iracundiae,
Inſaniam profecto cum illo. etſi Aeſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.
Quam hic non amavit meretricem, aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo nuper (credo jam omnium
Taedebat) dixit, velle uxorem ducere.
Sperabam jam defervuiſſe adoleſcentiam:
Gaudebam. ecce autem de integro: niſi, quidquid eſt,
Volo ſcire, atque hominem convenire, ſi apud forum eſt.

VARIANTES LECTIONES

a repeto quem dedi? *b* ipſe ſe ſentiet.
1 ullum.

A me nulla più importa, e in avvenire
Se apro più bocca... Miz. *E tu, Demea, di nuovo*
In ſu le furie? Dem. *E chi ſi può tenere?*
Ma perciò forſe ti richiedo il figlio?
Non ſono mica eſtranio, ſe ho per male
Queſta ſua vita, e ſe mi oppongo a lui.
Ma faccio fine, e mi accheto per ſempre.
Vuoi, che attenda ad un ſolo? a un ſolo attendo:
Ed è grazia agli Dei, come io lo voglio.
Coteſto tuo ſe ne avvedrà tra poco:
Non vo' dir contro lui coſa più grave.
Miz. *Tutto vero non è, ne tutto falſo*
Ciò ch' egli dice: E in verità mi danno
Qualche moleſtia tante coſe inſieme;
Ma non volli moſtrarne diſpiacere,
Perchè ſo l' umor ſuo, com' egli è fatto.
Se io lo voglio placare, è di meſtieri,
Che io lo contrarj in tutto, e lo ſpaventi;
E queſto ſoffre umanamente appena.
O penſa tu, ſe io ſoffiaſſi nel fuoco,
Od agli ſdegni ſuoi porgeſſi ajuto!
Certa coſa è, che impazzirei con lui.
Ma in fatti Eſchino in ciò ha qualche torto.
V' è forſe Meretrice, che da lui
Non ſia ſtata goduta, o regalata?
Alla fin poco fa, credo annojato
Di coſtoro, mi diſſe voler moglie.
Sperava, che il bollor di giovanezza
Foſſe finito, e molto ne godei;
Quando eccoci da capo: or per ſapere
Come ſia queſta coſa, io vo' cercarlo,
E vedrò, ſe a fortuna e' foſſe in piazza.

San. Ob-

Act. II. Scena I.

San. OBsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium: Subvenite inopi. *Aesc.* Otiose nunc jam illico hic consiste; Quid respectas? nihil pericli est. nunquam, dum ego adero, hic te

Tanget. *San.* Ego istam [a] inviti' omnibus.

Aesc. Quamquam est sceleslus, non committet hodie umquam, iterum ut vapulet.

San. Audi [b], Aeschine, ne ignarum fuisse te dicas morum meum. Ego leno sum. *Aesc.* Scio. *San.* At ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma.

Tu quod te posterius purges, nolle hanc injuriam mihi Factam esse; hujus non faciam. crede hoc, ego meum jus persequar: Ne-

VARIANTES LECTIONES

a invitis. *b* *San.* Aeschine audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum — Leno ego sum: *Sic in utroque legitur Codice.*

Sannione, Eschino, Parmenone, e la Suonatrice.

San. *Soccorrete, vi prego, o cittadini, E date ajuto a un misero, e innocente; Sovvenite a un meschino.* Esc. *Or qui ti ferma Senza punto temere: E dove guardi? Non v'è qui alcun pericolo: ne mai Presente me questo ardirà toccarti.*

San. *Io cotesta a dispetto di ciascuno...*

Esc. *Abbenchè molto iniquo sia costui,*

Non farà sì, che nuovamente il batta.

San. *Eschino ascolta, acciocchè poi non dica Di non saper qua' sono i miei costumi; Fo'l Ruffiano.* Esc. *Lo so.* San. *E lo fo in modo, Che se alcun fra noi fu di ottima fede, Certo io son quello. Ora men di questa ugna Le scuse stimerò, che mi farai Tra poco col mostrarmi, che l'ingiuria Contro tua voglia mi si faccia; e credimi,*

Neque tu verbis solves unquam, quod re mihi malefeceris.
Novi ego vestra haec: nollem factum: dabitur jusjurandum, esse te
Indignum injuria hac; indignis cum egomet sim acceptus modis.
Aesc. Abi prae strenue, ac fores aperi. *San.* Caeterum hoc nihil facis.
Aesc. I intro [1] nunc jam. *San.* At enim non sinam. *Aesc.* Accede illuc Parmeno;
Nimium abiisti istoc, hic propter hunc assiste. [2] hem, sic volo,
Cave nunc jam, oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos,
Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat.
San. Istuc volo ergo ipsum experiri. *Aesc.* Hem ferva. omitte mulierem.
San. O facinu' indignum [3]! *Aesc.* Geminabit, nisi caves. *San.* [4] Hei misero mihi.
Aesc. Non innueram: verum in istam partem potius peccato tamen:
I nunc jam. *San.* Quid hoc rei est? regnum ne Aeschine hic tu possides?
Aesc. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.
San. Quid tibi rei mecum est? *Aesc.* Nihil. *San.* Quid? nostin' qui sim? *Aesc.* Non desidero.
San. Tetigin' tui quidquam? *Aesc.* Si attigisses, ferres infortunium.
San. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Responde. *Aesc.* Ante aedeis non feciss erit meliu' heic convicium:
Nam

VARIANTES LECTIONES

1 I intro jam nunc tu. 2 *San.* Hem sic volo. *Aesc.* Cave nunc &c. 3 O miserum facinus. 4 Hei miseriam.

Non perderò mai d' occhio il mio diritto:
Ne tu mi rifarai colle parole
Il danno, che m' avrai fatto coll' opre.
Io so le vostre scuse: Non vorrei,
Che avvenuto ciò fosse, ch' or avvenne;
E giurerei, conforme indegno sei
Di tale accusa: Essendo stato intanto
A torto io maltrattato. Esch. *Parmenone,*
T' inoltra ardito, ed apri quella porta.
San. *Affè non l' aprirai.* Esc. *Passa là dentro.*
San. *E' non sarà mai vero.* Esc. *Parmenone*
T' avvicina a costui. Troppo discosto
Ancora sei: a lui ti voglio accanto:
Ora stai bene: in me tien gli occhi fissi,
Ne ti svagare altrove, onde sii pronto
A dargli uno sgrugnone al primo cenno.
San. *Oh vorrei veder questo da costui.*
Esc. *Osserva bene: lascia quella donna.*
San. *Oh fatto scelerato!* Esc. *Se più duri,*
Ne avrai degli altri. San. *Oh me infelice al sommo!*
Esc. *Non ti diedi alcun cenno, ma pur pure*
Mancasti in quella parte, che mi piacque:
Or va con lei. San. *Che cosa, Eschino, è questa?*
Dimmi, sei tu forse Signor di Atene?
Esc. *Se io qui signoreggiassi, avrebber certo*
Premio le tue virtù degno di loro.
San. *Dimmi, hai tu nulla meco da spartire?*
Esc. *Nulla.* San. *Che dì? Non sai quale io mi sia?*
Esc. *Non lo so, ne lo cerco,* San. *Ho mai toccato*
La robba tua? Esc. *Te infelice al sommo,*
Se l' avessi toccata. San. *Or perchè dunque*
Lecito a te sarà toccar la mia,
Che fu da me comprata? su rispondi.
Esc. *Meglio ti tornerà, se avanti a casa*
Tu non farai chiamazzo; e se più duri

A in-

Nam si molestus [1] pergis esse, jam intro abripiere, atque ibi
Usque ad necem operiere loris. *San.* Loris liber? *Aesc.* Sic erit.
San. Oh hominem impurum! hiccine libertatem ajunt aequam esse omnibus?
Aesc. Si satis jam debacchatus es, leno, audi si vis nunc jam.
San. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? *Aesc.* Mitte ista, atque
ad rem redi.
San. Quam rem? quo redeam? *Aesc.* Jamne me vis dicere [a], quod ad te attinet?
San. Cupio, aequi modo aliquid. *Aesc.* Vah, leno iniqua me non volt loqui.
San. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Perjurus, pestis: tamen tibi a me nulla est orta injuria.
Aesc. Nam hercle etiam [2] hoc restat. *San.* Illuc quaeso redi, quo coepisti, Aeschine.
Aesc. Minis viginti tu illam emisti, quae res tibi vortat male:
Argenti tantum dabitur. *San.* Quid, si ego [b] illam [3] nolo vendere,
Coges me? *Aesc.* Minime. *San.* Namque id metui. *Aesc.* neque vendundam
censeo,
Quae libera est: nam ego illam liberali assero caussa manu.
Nunc vide utrum vis argentum accipere, an caussam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. *San.* Proh supreme Jupiter!
Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.

Domo

VARIANTES LECTIONES.

a Id quod. *Concordant Codices.* b Tibi illam nolo vendere — Cogis me?
1 Perges. 2 Id. 3 si ego tibi illam.

A insultidirmi, e ad essermi molesto,
Là in casa ti farò portar di peso,
E quivi rifinir di bastonate.
San. *Bastonate ad uom libero!* Esc. *Si certo.*
San. *Oh malvaggio che sei! e qui si dice,*
Ch' egualmente ciascun viva a suo modo?
Esc. *Se abbastanza sin qui, Ruffiano porco,*
Hai fatto l' ubbriaco, se tu vuoi,
Stammi ad udire.
San. *Ho fatto io teco da ubbriaco, o pure*
Tu lo facesti meco? Esc. *Eh queste cose*
Tralascia, e quindi torna al caso nostro.
San. *Che cosa? a che ho a tornar?* Esc. *Dunque non vuoi*
Che io dica quello, che a te si appartiene?
San. *Anzi lo bramo, purchè sia qual cosa*
Di giusto. Esc. *O vedi! un ruffiano non vuole,*
Che io dica cose ingiuste! San. *Ruffiano*
Son, lo confesso, rovina comune
De' giovani: agli Dei non tengo fede,
Sono pubblica peste; ma fratanto
Io non ti ho fatto torto, o ingiuria alcuna.
Esc. *Questo ci mancherebbe!* Sann. *O via ti prego,*
Eschino, torna dove principiasti.
Esc. *Duecento scudi ti costò colei,*
(Che ti sien tante spade in mezzo al cuore)
Non è così? Or altrettanto argento
Darotti. San. *E se io di venderla ricuso,*
Mi forzerai? Esc. *No certo.* San. *Io lo temei.*
Esc. *Ma vender non si può libera donna:*
Che tale or la fo io colla mia mano,
E la mantengo in virtù della legge,
Che libertà favora. Or vedi dunque
Quello, che più ti torna; o vuoi l' argento,
O vuoi disporti ad una nuova lite:
Pensa, e risolvi, mentre io vado, e torno.
San. *O sommo Giove! or più non ho stupore*
Se altri impazza per torti ricevuti.

Mi

Domo me eripuit, verberavit: me invito abduxit meam:
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi:
Ob malefacta haec tantidem emptam postulat sibi tradier.
Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat.
Age jam cupio, modo si argentum reddat. sed ego[a] haec hariolor.
Ubi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me; de argento somnium: mox, cras redi.
Id quoque possum ferre, si modo reddat: quamquam injurium est.
Verum cogito id, quod res est. quando eum quaestum occeperis,
Accipiunda, & mussitanda injuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra[1] egomet mecum has rationes puto.

VARIANTES LECTIONES

a Hoc. *Concordant Codices.*

1 Ego mecum.

Mi trasse fuora dalla propria casa;
Mi percosse, e rubbò contro mia voglia
La Schiava, e diemmi cinquecento pugni
Nel viso; ed or per così tristi fatti
Vuol, che io la venda a lui pel prezzo stesso.
Ma giacchè meco e' si portò sì bene,
Si faccia, come vuole: e' chiede il suo;
Già bramo compiacerlo, purchè sborsi
Il denaro promesso. Ma pavento,
E forse l' indovino, che nel tempo,
Ch' io dirò lui di dargliela per tanto,
Che e' non faccia apparir subitamente
Testimonj, che dicano averla io
Di già venduta, e andrà l' argento in fumo.
Poi me la manderà d' oggi in domani:
Ma se viene il denaro, ancorchè questo
Grave mi sia, lo soffrirò con pace.
Perchè chi pensa, come va la cosa,
Quando un si pone a fare un tal mestiero,
Si ha a pensare al guadagno, e si hanno tutti
A ingolare de' giovani gli affronti,
Ne mai parlarne. Ma nessun daralli,
Ed io qui faccio i conti senza l' oste.

Ter. Adelph. *Fig. V.*

Act. II. Scenā II.

Syr. TAce, egomet conveniam [1] jam ipſum: cupide [a] accipiat jam faxo, atque etiam
Bene dicat ſecum eſſe actum. Quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio
Cum hero [b] neſcio quid concertaſſe? *San.* Numquam vidi iniquius
Concertationem [2] comparatam, quam haec hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberando, uſque ambo defeſſi ſumus.
Syr. Tua culpa. *San.* Quid [c] agerem? *Syr.* Adoleſcenti morem geſtum oportuit.
San. Qui potui melius? quin [3] hodie uſque os praebui. *Syr.* Age, ſcis quid loquar?

Pe-

VARIANTES LECTIONES

a accipiat, faxo. *b* Neſcio quid concertaſſe cum hero. *Concordat cum altero Codice.* *c* quid facerem.
1 Jam *deeſt in Codice.* 2 certationem. 3 qui.

Siro, e Sannione.

Sir. *STa cheto: andrò in perſona a ritrovarlo:*
Farò, ch' egli riceva con deſio
L' argento; e farò ancora, che ſi creda
Di aver fatto oggi un ottimo negozio.
Sannion, che coſa è quella, che or or odo
Di un non ſo qual contraſto oggi ſeguito
Tra te, e il mio padrone? San. *Unqua non vidi*
Un contraſto più ingiuſto, e diſuguale
Di quel che oggi abbiam fatto. Fa tu i conti,
Che io dall' eſſer battuto, egli dal battermi
Eramo ſtracchi, e rifiniti morti.
Sir. *Per colpa tua.* San. *E che poteva io farci?*
Sir. *Dar biſognava al giovan nell' umore.*
San. *Che potei far di più? Gli diedi infino*
Il viſo, ove egli ſi ſpaſſaſſe a' pugni.
Sir. *Orsù ſai tu quel, che ti voglio dire?*
Traſcurare il denaro a tempo, e luogo,

Alle

Pecuniam in loco neglegere, maxumum interdum eſt lucrum. Hui,
Metuiſti, ſi nunc de tuo jure conceſſiſſes paululum,
Atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc foeneraret? *San.* Ego ſpem pretio non emo.
Syr. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines, Sannio.
San. Credo iſtuc melius eſſe. Verum ego nunquam adeo aſtutus fui,
Quin, quidquid poſſem, mallem auferre potius in praeſentia.
Syr. Age, novi tuum animum: quaſi [a] quidquam tibi ſint viginti minae,
Dum huic obſequare: praeterea autem te ajunt proficiſci Cyprum. *Sann.* Hem.
Syr. Coemiſſe, hinc quae illuc veheres, multa; navem conductam, hoc ſcio;
Animus tibi pendet: ubi illinc, ſpero, redieris, tamen hoc [1] ages.
San. Nuſquam pedem. perii hercle! hac illi ſpe hoc incoeperunt. *Syr.* Timet:
Injeci ſcrupulum homini. *San.* O ſcelera. illud vide,
Ut in ipſo articulo oppreſſit. emptae mulieres
Complures, & item hinc alia, quae porto Cyprum.
Ni eo ad mercatum venio, damnum maxumum eſt.
Nunc ſi hoc [2] omitto, ubi illinc rediero, actum [b] agam.
Nihil eſt, refrixerit res. nunc demum venis?

Cur

VARIANTES LECTIONES

a quaſi jam uſquam tibi. *Concordant Codices.*
b actum agam, ubi illinc rediero. *Concordant Codices.*

1 agis. 2 omittam.

Alle volte è grandiſſimo guadagno.
San. O *cappita!* Sir. *Se adeſſo un qualche poco*
Aveſſi tu ceduto del tuo dritto,
E aveſſi fatto a modo del Garzone,
Temuto avreſti (pazzaccio che ſei)
Che ſtato ciò non foſſeti ad uſura?
San. *Io non compro ſperanze.* Sir. *E tu ſpiantato*
Sempre ſarai. O via vattì a riporre,
Sannion, che adeſcar non ſai la gente.
San. *Io credo, che coteſto il meglio ſia.*
Ma però non fui mai cotanto aſtuto,
Che potendo pigliare, io non pigliaſſi
Ciò che in man mi veniſſe di preſente.
Sir. *Or via conobbi ben l'animo tuo*
Splendido, quaſi a te prema di molto
Porti in ſacchetta que' dugento ſcudi,
Ne ſecondar del mio Padron le voglie.
Del reſto è voce, che tu paſſi in Cipro.
San. *Come!* Sir. *E ſi dice molte coſe, e molte,*
Che hai comprate per colà portarle.
E queſto io certo ſo, che hai noleggiato
Un buon naviglio, e che non ſai riſolverti
Di andare, o di reſtare: ma và pure,
Che al tuo ritorno aggiuſteremo i conti.
San. *Chi dice di partire? ahimè ſon morto!*
Colla ſperanza della mia partita
Han ciò fatto coſtoro.
Sir. *Gli vien la tremerella. Oh come a tempo*
Gli ho cacciato una pulce negli orecchi!
San. *Scellerati! Ora vedi come in punto*
Mi ſon venuti addoſſo, e mi hanno oppreſſo!
Mi trovo aver comprate molte donne,
Ed altre coſe da portare in Cipro.
Se io là non vò, ſo male i fatti miei;
E ſe pria di partir qui non mi aggiuſto
Con Eſchino, prevedo al mio ritorno,
Che pur del ſacco non avrò le corde,
Perch' eſſi mi diranno: Ora tu vieni?

Per-

Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quam [c] aut [r] hic manere tam diu, aut tum perſequi.
Syr. Jamne enumeraſti [2] id, quod ad te rediturum putes?
San. Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?
Per oppreſſionem ut hanc mi eripere poſtulet?
Syr. Labaſcit. unum hoc habeo: vide ſi ſatis placet:
Potius, quam venias in periculum, Sannio,
Serves ne, an perdas totum, dividuum face.
Minas decem corradet alicunde. *San.* Hei mihi!
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Praeterea colaphis tuber eſt totum caput:
Etiam inſuper defrudet? nuſquam abeo. *Syr.* Ut lubet.
Nunquid vis, quin abeam? *San.* Immo hercle hoc quaeſo, Syre,
Ut ut haec ſunt facta, potius, quam lites ſequar,
Meum mihi [b] reddat, ſaltem quanti empta eſt. Syre,
Scio te [3] non uſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe, & gratum. *Syr.* Sedulo
Faciam. ſed Cteſiphonem video. laetus eſt
De amica. *San.* Quid, quod te oro? *Syr.* Pauliſper mane.

VARIANTES LECTIONES

c Quam aut nunc manere tam diu. b reddatur *Concordant Codices.*
r hic nunc manere. 2 id. *Deeſt in Codice.* 3 non eſſe uſum.

Perchè ſei ſtato tanto? ed in qual parte
Ti ritrovavi? E raffreddato affatto
Sarà l'affare. Ond'è, che ſtimo meglio
Traſcurar queſto credito per ora,
E andar in Cipro, e quando che io ritorni,
Far le mie parti allor per ricovrarlo.
Sir. *Hai già fatti i tuoi conti del denaro,*
Che perverratti? San. *E parti opera queſta*
Di Eſchino degna? Volermi per forza
Rubbar colei! Sir. *Già il vedo, che tentenna.*
Una coſa ho da dirti, e ſia tua cura
Il veder ſe ti torna; O correr vuoi
Il riſchio di perder tutto quanto,
O ti contenti ſol della metade?
Ch' Eſchino in fin tra trucioli, e battucioli
Accozzerà que' cento ſcudi inſieme.
San. *Ah che vienmi anche in dubbio il capitale!*
Che uomo ſenza vergogna! I denti tutti
Mi ha ſconquaſſati, e mi ha fatto co' pugni
Bernoccoluto tutto quanto 'l capo,
E di più vuol frodarmi? Io vo' reſtare.
Sir. *Reſta pure. Da me brami tu nulla*
Prima, che io parta? San. *Siro mio, ti prego,*
Comunque andate ſianſi queſte coſe,
Che mi ſian reſi i miei dugento ſcudi,
Che tanto appunto mi coſtò colei,
E ſi fugga ogni lite: pel paſſato
Non ti ſei mai di me valuto in nulla;
Provami pure, e toccherai con mano,
Come ſon uomo grato, e non mi ſcordo
De' benefizj. Sir. *Io lo farò ſenza altro.*
Ma vedo Teſifone, e il vedo allegro
Per la ſua amica. San. *Che! già tu ti adopri,*
Per conſolarmi? Sir. *Aſpetta ancora un poco.*

Ter. Adelph. Fig. VI.

Act. II. Scena III.

Cteſ. ABs quivis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enimvero id demum juvat, ſi, quem aequom eſt ' facere,
is bene facit.
O frater, frater, quid ego nunc te laudem? ſatis certo ſcio:
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua:
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
Fratrem ' homini ' nemini eſſe primarum artium magi ' principem.

Syr. O Cteſipho. *Cteſ.* O Syre, Aeſchinus ubi eſt? *Syr.* Ellum, te expectat domi. *Cteſ.* Hem.

Syr. Quid eſt? *Cteſ.* Quid ſit? illius opera, Syre, nunc vivo: feſtivum caput. Omnia

VARIANTES LECTIONES

a Frater.

1 benefacere. a neminem.

Teſifone, e Siro.

Teſ. *DA qualunque perſona è ſempre grato,*
Quando uno ne ha biſogno, eſſer ſoccorſo:
Ma il benefizio allora è grato al ſommo,
Che lo fa quegli, a cui ſi aſpetta il farlo.
O fratello, fratello, e con quai lodi
Saprò onorarti! ſo ben io di certo,
Che non dirò di te mai tanto bene,
Che tua virtù non ſia più del mio dire:
Onde non v'è, ſecondo me, perſona,
Che vanti aver ſimil fratello al mondo
Nelle virtù più belle il più eccellente.

Sir. O *Teſifone?* Teſ. O *Siro, ove ſta Eſchino?*

Sir. *Eccolo là, che in caſa egli ti attende.*

Teſ. *Oh!* Sir. *Che ci è?* Teſ. *Che ci è egli? ſua mercede*
Oggi ſon vivo, o Siro. O *galantuomo!*

Che

Omnia sibi qui post putarit esse prae meo commodo,
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se [a] transtulit [z]. *
Syr. Nihil pote supra. *Ctes.* Sed quidnam fores crepuit? *Syr.* Mane, mane; ipse exit foras.

VARIANTES LECTIONES

a transtulit: nihil poti ſt supra. Quid nam foris crepuit? Mane, mane &c.

z transtulit. Nihil supra potest. Sed quisnam fores crepuit? Syr. Mane mane &c.

Che ha voluto posporre ogni sua cosa
A' miei vantaggi, e la mia colpa propria,
Gl' improperj, la fama, l' amor mio
Sopra di se si è preso. Sir. *Certamente*
Più di quello, che fè, far non potea.
Tes. *Ma vedo aprirsi la porta di casa.*
Sir. *Stà, stà, ch' egli medesimo esce fuora.*

NOTAE

* Quae hic Ctesipho praedicat de Aeschino ipsius in rapienda Psaltria peccatum in se transferente, optime confirmant Donati Commentarium ad ea, quae Micio protulerat Act. I. Sc. II.

Non est flagitium, mihi crede, adolescentem scortari.

Ut enim quamcumque adolescentibus occasionem adimat quidquam contra honestam, rectamque vivendi rationem sentiendi, haec animadvertit „ Non peccatum esse negat, Micio, sed flagitium „ non esse contendit: & ideò subindignanter pronuntiandum „ est, ut si dicat, Scortari quidem adolescentulum peccatum est, „ sed non est flagitium, & veniae locus non tam in facto, quam „ in persona, scilicet Adolescentuli, est constitutus. „ Atque equidem ipse Micio paucis interjectis fatetur, molesta sibi nonnihil esse, quae de Aeschino acceperat, injuriamque sibi ab eo fieri, licet vera omnia minime credat, quae Demea exprobraverat; cui tamen aegritudinem suam patefacere noluerat, ne ejus esset adjutor iracundiae, unaque cum illo insaniret.

Nonnihil molesta haec sunt mihi.
Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.

Ctesipho praeterea, quamvis adolescens, ardentique praeoccupatus sit amore, scortum tamen habere, peccatum esse, hic non diffitetur.

Male dicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.

Sic quoque intelligenda sunt, quae leguntur de parentibus erga filios *Heauton. Act. I. Sc. II.*

Scortari crebro nolunt.

Quasi dicat, Parentes si liberos scortari semel deprehenderint, non permittunt quidem, sed parcentes aetati praetermittunt ignorantiam simulantes: at crebro hujusmodi crimine illos se alligare, minime patiuntur: & apud scortum esse corruptelae studere, ait Plautus *Asin. Act. V. Sc. I.*

Is apud Scortum corruptelae, & liberis lustris studet.

Dom. Mitrovits sculp.

Act. II. Scena IV.

Aesc. UBi ille eſt ſacrilegus? *San.* [1] Me quaerit. num quidnam effert? occidi! Nil video. *Aesc.* Ehem opportune, te ipſum quaerito: quid ſit Cteſipho?
In tuto eſt omnis res: omitte vero triſtitiem tuam.
Cteſ. Ego [2] illam vero omitto, qui [a] te fratrem habeam quidem. O mi Aeſchine:
O mi germane; ah vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id aſſentandi magis, quam, quo [3] habeam gratum, facere exiſtumes.
Aesc. Age inepte, quaſi nunc non norimus [b] nos inter nos, Cteſipho.
Hoc [4] mihi dolet, nos pene ſero ſciſſe, & pene in eum locum
Rediiſ-

VARIANTES LECTIONES

a qui quidem te habeam fratrem. *Sic in altero quoque legitur Codice.* *b* non norimus inter nos.
1 Men 'quaerit? 2 illam facile vero omitto. 3 quod. 4 Sed hoc.

Eſchino, Sannione, Teſifone, e Siro.
Eſc. DOve *ſi trova quello ſciagurato?*
San. *Me cerca forſe, e portami qual coſa:*
Ma ſon morto, che ſta colle man vuote.
Eſc. *E come a tempo! io te cercava appunto.*
Teſifone, e che fai? tutto è in ſicuro,
Però dà bando a queſta tua triſtezza.
Teſ. *Aſſè, che io le do bando, e con ragione,*
Avendo un tal fratello. O Eſchino mio,
O mio German: ma ſon tutto paura
In ſeguire a lodarti a viſo a viſo,
Che tu forſe non creda, che io ciò faccia
Più per piacerti, che per gratitudine.
Eſc. *Eh che ſei pazzo. Quaſi che tra noi*
A conoſcerci adeſſo incominciamo.
Sol mi duol, che lo ſeppi troppo tardi,
E già la coſa era ridotta a tale
Miſero ſtato, che ſe più creſcea

Non

Rediiſſe, ut, ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier.
Cteſ. Pudebat. *Aeſc.* Ah, ſtultitia eſt iſtaec, non pudor, tam ob parvolam
Rem pene e patria. turpe dictu: deos quaeſo ut iſtaec prohibeant.
Cteſ. Peccavi. *Aeſc.* Quid ait tandem nobis Sannio? *Syr.* Jam mitis eſt.
Aeſc. Ego ad forum ibo, ut hunc abſolvam: tu intro ad illam Cteſipho.
San. Syre inſta. *Syr.* Eamus: namque hic properat in Ciprum. *San.* Ne tam quidem,
Quamvis etiam maneo otioſus hic. *Syr.* Reddetur, ne time.
San. At ut omne reddat. *Syr.* Omne reddet, tace modo, ac ſequere hac. *San.* Sequor.
Cteſ. Heus, heus, Syre. *Syr.* Hem quid eſt? *Cteſ.* Obſecro [1] hercle, hominem iſtum impuriſſimum
Quam primum abſolvitote, ne ſi magis irritatus ſiet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tum perpetuo perierim.
Syr. Non fiet: bono animo es. tu cum illa te intus oblecta interim,
Et lectulos jube ſterni nobis, & parari caetera.
Ego jam tranſacta re convortam me domum cum obſonio.
Cteſ. Ita quaeſo: quando [2] hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

VARIANTES LECTIONES

1 hercle te, hominem &c. 2 hoc *deeſt in Codice.*

Non avrebbe potuto il mondo intero
Porgerti ajuto. Teſ. *Me ne vergognava.*
Eſc. *Ah credi a me, che fu pazzia piuttoſto,*
E non vergogna. Per sì poca coſa
Quaſi fuor della patria ... ho orror a dirlo,
E prego, che gli Dei nol voglian mai.
Teſ. *Feci male.* Eſc. *Sannione, ora che dici?*
Sir. *E' placato.* Eſc. *Andronne adeſſo in piazza,*
Per ſbrigarlo una volta, e tu fratanto
Và Teſifone a lei. San. *Inſiſti Siro.*
Sir. *Andiam, perchè coſtui gia vola in Cipro.*
San. *Non sì preſto, ſebben qui ſiamo in ozio.*
Sir. *Sarai pagato. Or via non più temere.*
San. *Ma fà, che abbia l' intero.* Sir. *Il tutto avrai:*
Non dir più altro, e meco vieni. San. *Io vengo.*
Teſ. *Olà Siro, olà Siro.* Sir. *E chi mi chiama?*
Teſ. *Di grazia quel più preſto, che tu puoi*
Diſbriga queſto uomaccio, acciocchè forſe
Più non ſi ſdegni, e qualche coſa intanto
Non penetri mio padre, ed io non reſti
Infelice per ſempre. Sir. *Ciò non fia.*
Stà pure allegro, e in queſto mentre in caſa
Ti traſtulla con lei: quindi procura
Di preparar le menſe, e l' altre coſe:
Che aggiuſtato l' affare io torno a caſa,
E meco porto un lauto companatico.
Teſ. *Così ti prego a fare, e quando avvenga*
Il tutto bene, allor conſumeremo
Queſto giorno in piacere, e in allegrezza.

Ter. Adelph. *Fig. VIII.*



Act. III. Scena I.

Soſt. OBſecro, mea tu nutrix, quid nunc fiet? *Cant.* Quid fiet, rogas?
Recte aedepol ſpero. *Soſt.* Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.
Cant. Jam nunc times, quaſi numquam adfueris, numquam tute pepereris.
Soſt. Miſeram me, neminem habeo, ſolae ſumus: Geta autem hic non adeſt;
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Aeſchinum.
Cant. Pol is quidem jam hic aderit: nam numquam unum intermittit diem,
Quin ſemper veniat. *Soſt.* Solus mearum miſeriarum eſt remedium.
Cant. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum eſt, hera:
Oblatum quando vitium eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta familia.
Soſt. Ita pol, ut dicis: ſalvus nobis, deos quaeſo, ut ſiet.

Soſtrata, e Cantara Nutrice.

Soſt. *Dimmi Nutrice mia, che faraſſi ora?*
Cant. *Mi chiedi, che faraſſi? Io ſpero bene.*
Soſt. *Le comincian le doglie.* Cant. *E già già temi,*
Quaſi non abbi tu veduto mai
Partorire, e non abbi partorito.
Soſt. *Miſera me, che io ſon ſenza veruno,*
Ed ho biſogno della Levatrice,
E di un, che vada ad Eſchino, e cel chiami!
Cant. *Ma certo, che e' non tarderà gran coſa,*
Che non tralaſcia mai giorno veruno,
Che qua non venga. Soſt. *Egli è il ſolo conforto*
Delle miſerie mie. Cant. *Nel fatto acerbo*
Comunque intervenuto, nulla meglio
Di quel che accadde, egli potea accadere
Alla figliuola tua: ogni qual volta
Ricevè l' onor ſuo sì grave oltraggio
Da un giovan tal, che per ragion di ſangue,
E per coſtumi, e per ricchezze è inſigne.
Soſt. *Tu l' hai dipinto certamente al vivo;*
E prego il Ciel, che cel mantenga ſano.

Get. Nunc

Ter. Adelph. Fig. IX.

Act. III. Scena II.

Get. NUnc illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant,
Quod mihique, heraeque, filiaeque herili eſt. vae miſero mihi,
Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt;
Vis, egeſtas, injuſtitia, ſolitudo, infamia.
Hoccine ſeclum? o ſcelera, o genera ſacrilega, o hominem impium.
Soſt. Me miſeram, quidnam eſt, quod ſic video timidum & properantem Getam?
Get. Quem neque fides, neque jusjurandum, neque ulla miſericordia
Repreſſit, neque reflexit, neque quod partus inſtabat prope,
Cui miſerae indigne per vim vitium obtulerat. *Soſt.* non intelligo
Satis, quae loquatur. *Cant.* Propius, obſecro, accedamus, Soſtrata. *Get.* Ah,

Me

Geta, Soſtrata, e Cantara.

Get. ORa ſi, *che venuto egli è quel tempo,*
Che ſe tutti i mortali uniti inſieme
Conferiſſero tutti i lor conſigli,
Per dare a queſto male alcun rimedio,
Non gli potrebber dare ajuto alcuno.
Miſero me! che coſa è ſucceduta
A me, alla padrona, ed a ſua figlia!
Quante coſe mi aſſalgon di repente!
Forza, penuria, iniquitade, infamia,
Solitudine. O Dei, che tempo è queſto!
O fatto indegno! o gente diſſoluta!
O empio! Soſt. *Ah me tapina! e che ha egli mai*
Il noſtro Geta! Get. *Il quale ne la fede,*
Ne il giuramento, ne miſericordia
Di alcuna ſorte potè raffrenare,
Ne rivolgere addietro; ancorchè il parto
Egli era sì vicin, miſero frutto
Della forzata Giovane da lui.
Soſt. *Io non intendo ben ciò, che egli dice.*
Cant. *Soſtrata, a lui facciamci più vicine.*
Get. *Miſero me! che ſono per la rabbia*

Fuor

Me miſerum, vix ſum compos animi: ita ardeo iracundia.
Nihil eſt, quod malim, quam totam familiam dari mihi obviam,
Ut[a] iram hanc in eos evomam omnem, dum aegritudo haec eſt recens:
Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo.
Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus:
Tum autem Syrum impulſorem: vah! quibus illum lacerarem modis!
Sublimem[b] medium arriperem[1], capite primum in terram ſtatuerem,
Ut cerebro diſpergat viam:
Adoleſcenti ipſi oculos eriperem, poſt haec praecipitem darem:
Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem.
Sed ceſſo hoc malo heram[2] impertiri propere? *Soſt.* Vocemus[c]: Geta. *Get.* Hem,
Quiſquis es, ſine me. *Soſt.* Ego ſum Soſtrata. *Get.* ubi ea eſt? te ipſam quaerito:
Te expecto: oppido opportune te obtuliſti mi obviam,
Hera. *Soſt.* Quid eſt? quid trepidas? *Get.* Hei mihi! *Soſt.* Quid feſtinas, mi Geta?
Animam recipe. *Get.* Prorſu'. *Soſt.* Quid iſtuc prorſus ergo eſt? *Get.* Periimus:
Actum eſt. *Soſt.* Obſecro[3] te, quid ſit. *Get.* Jam. *Soſt.* Quid jam Geta?
Get. Aeſchinus. *Soſt.* Quid ergo is? *Get.* Alienu' eſt ab noſtra familia. *Soſt.* Hem,
Perii! quare? *Get.* Amare occoepit aliam. *Soſt.* Vae miſerae mihi!
Geſt. Neque id occulte fert: a lenone ipſus eripuit palam.

Soſt. Sa-

VARIANTES LECTIONES

a Ut ego hanc iram. *b* Sublimem medium primum arriperem, & capite. *c* Revocemus. *In utroque Codice.*
1 & capite. 2 impertire. 3 Eloquere obſecro.

Fuor di me ſteſſo: ed oh mi abbatteſs' io
In tutta quell' orribile famiglia,
Per isfogare l' ira mia con loro,
Mentre il duol, che mi affanna è freſco ancora.
Pur che io ne prenda adeſſo la vendetta
Ogni ſupplizio mi ſarà baſtante.
Io vorrei pria del Vecchio, il qual diè vita
A quello indegno, ſpegnere ad un tratto
L' anima; e quindi Siro iſtigatore
Oh in quanti modi lacerar vorrei!
Vorrei afferrarlo in mezzo della vita,
Alzarlo in aria, e poi ſpaccargli il capo
Subito in ſul terreno, e di cervella
Sparger la via: Vorrei di più allo ſteſſo
Giovane cacciar gli occhi, e poi gettarlo
In qualche precipizio, e tutti gli altri
Io vorrei rovinar, vorrei diſpergere,
Arraſſare, peſtare, al ſuol proſternere.
Ma che più tardo, che sì rea novella
Non reco alla padrona? Soſt. *Richiamiamolo,*
Acciocchè torni indietro: O *Geta, o Geta.*
Get. *Sioſi chi ſi vuol, mi laſci andare.*
Soſt. *Soſtrata io ſono.* Get. *E dove ſei? te ſteſſa*
Appunto io cerco, e ſol te ſteſſa aſpetto.
Oh come a tempo mi veniſti avanti!
Soſt. *Coſa hai? di che paventi?* Get. *Ahimè tapino!*
Soſt. *Non aver tanta fretta: prendi fiato.*
Get. *Affatto....* Soſt. *E che coſa è coteſto affatto?*
Get. *Perimmo. Ella è finita.* Soſt. *In grazia dimmi*
Queſta coſa. Get. *Ora mai.* Soſt. *Che ora mai Geta?*
Get. *Eſchino...* Soſt. *Dunque che coſa ha egli fatto?*
Get. *Più bene e' non ci vuol.* Soſt. *Come! ſon morta.*
E perchè queſto? Get. *Perchè egli ama un' altra.*
Soſt. *Oh me infelice!* Get. *E non è occulto il fatto.*
Egli ſteſſo ſtrappolla dalle mani
Del reo mezzano a viſta di ciaſcuno.

Soſt. *E*

Soſt. Satin' hoc certum? *Get.* Certum. [a] hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata. *Soſt.* Ah,
Me miſeram, quid credas jam; aut cui credas? noſtrum ne Aeſchinum,
Noſtram vitam omnium, in quo noſtrae ſpes, opeſque omnes ſitae erant,
Qui ſine hac jurabat, ſe unum numquam victurum diem,
Qui [b] in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris, ita
Obſecraturum, ut liceret [c] hanc uxorem ducere?
Get. Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem [d] opu', porro [e] proſpice.
Patiamur ne, an narremus cuipiam? *Cant.* Au, mi homo, [e] ſanun' es?
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur? *Get.* Mihi quidem non placet.
Jam primum, illum [f] alieno animo a nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palam proferimus, ille inficias ibit; [g] ſat ſcio;
Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet. tum ſi maxume
Fateatur, cum amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto tacito eſt opus. *Soſt.* Ah, minime gentium:
Non faciam. *Get.* Quid ages? *Soſt.* Proferam. *Get.* Hem mea Soſtrata vide,
quam rem [h] agas.
Soſt. Pejore res loco non potis eſt eſſe, [i] quam in hoc, quo nunc ſita eſt.
Primum indotata eſt: tum praeterea, quae ſecunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non poteſt: hoc reliquom eſt,

Si

VARIANTES LECTIONES

a his oculis. *b* Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris — Ita obſecraturum &c. *Concordant Codices.*
c hanc ſibi uxorem ducere & *ſic etiam in altero Codice.* *d* opus eſt. *e* ſanuſne es. *f* alienum.
g *In Codice deeſt* Sat. *h* agis. *i* quam in quo nunc ſita eſt. *Sic in utroque Codice.*
1 conſule.

Soſt. *E ciò tu ſai di certo?* Get. *Il ſo pur troppo;*
Che l' ho veduto con queſti occhi proprj.
Soſt. *Ah me tapina! A cui da oggi innante*
Credere potrò io, o più dar fede?
Il noſtro Eſchino dunque, Eſchino, vita
Di tutti noi, in cui eran ripoſte
E le ſperanze, e le ricchezze noſtre,
Che ſenza di coſtei giurava ſempre,
Che non ſaria viſſuto un giorno ſolo;
E che diceva, che nel proprio grembo
Si avrebbe accolto dolcemente il figlio,
E che tanto averia pregato il padre,
Che queſta in moglie ſi ſarebbe preſa;
Eſchino.... Get. *Laſcia il piangere da parte,*
E piuttoſto vediam quel, che può farſi
In tale ſtato; ſe tacer la coſa,
Ovvero raccontarla a qualcheduno.
Cant. *Oe, oe, Geta mio, ſei forſe pazzo?*
E ti par coſa queſta mai da dirſi?
Get. *A me certo non piace. In primo luogo*
Ch' egli non ci amì più, ce lo dimoſtra
Il fatto ſteſſo. Or io ben ſo di certo,
Che ſe noi ſvelerem queſto ſegreto,
E' negherallo, e allora verrà in dubbio
La tua fama, e la vita della figlia.
Ma concediamo ancor, che non lo neghi;
Quando amì un' altra, non vedi il gran danno
Di tua figlia, ſe feco ſi marita?
Tal che ſi dee celar per ogni conto.
Soſt. *Celarlo! oh queſto no, nol farò mai.*
Get. *Che dici tu?* Soſt. *Lo voglio pubblicare.*
Get. *Vedi Soſtrata mia quel, che tu fai.*
Soſt. *Non può in ſtato peggiore eſſer la coſa*
Di quel che ſia. In primis non ha dote;
E l' altra, che ella avea dote migliore
Le è ſtata tolta; e non ſi può più dare
Per vergine ad alcuno. Queſto ſolo
Ci reſta in caſo, che negar lo voglia,

Si inficias ibit; teſtis mecum eſt anulus, quem amiſerat.
Poſtremo, quando ego conſcia [a] mi ſum [b] a me culpam hanc procul eſſe, nec
Pretium, neque rem ullam interceſſe illa aut me indignam; experiar, Geta.
Get. Quid iſtic? accedo, ut melius dicas. *Soſt.* Tu, quantum [c] poteſt, abi,
Atque Hegioni cognato [d] hujus rem omnem narrato ordine:
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxume.
Get. Nam [e] hercle alius nemo reſpicit nos. *Soſt.* Propera tu mea Canthara,
Curre, obſtetricem accerſe, ut, cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

VARIANTES LECTIONES

a mihi. *b* a me culpam eſſe hanc procul — Neque pretium. *c* potes *Concordant hanc in lectione Codices.*
d ejus. *e* *In Codice haec quoque Soſtratae tribuuntur.*

Un anello, ch' e' perſe, e che io ritengo
Meco per teſtimonio di quel fatto.
In fin quando non ho verun rimorſo
Di avere oprato male, e che ſo bene,
Che queſta colpa ella è da me lontana,
E che ne prezzo, ne altra coſa indegna,
O di eſſa, o pur di me ſi è framezzata;
Andrò in giudizio e farò ben valere
Le mie ragioni. Get. *Coſa è mai codeſta?*
Mi accoſto per ſentir quel, che mi dici.

Soſt. *Vanne ſpeditamente, quanto puoi,*
Ad Egion parente di mia figlia,
E gli narra per ordine, e per filo
La coſa: e' fu del noſtro Simoncino
Amico ſommo, e a noi ſempre ha moſtrato
Amore, e riverenza. Get. *Certamente*
Da lui in fuor niun altro ci riguarda.
Soſt. *E tu, Cantara mia, corri, e ti affretta,*
Chiama la Levatrice, onde al biſogno
Non ſi abbia da aſpettare.

Dem. Mifonti ſculp.

Dem. Di-

Ter. Adelph. *Fig. X*

Act. III. Scena III.

Dem. DIsperii : Cteſiphonem audivi filium
Una [1] fuiſſe in raptione cum Aeſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Qui [2] alicujus rei eſt, etiam eum ad nequitiem abducere.
Ubi ego illum quaeram? credo abductum in ganeum
Aliquo. perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum ire Syrum video: hinc ſcibo jam, ubi ſiet.
Atque hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit
Eum quaeritare, numquam dicet carnufex.
Non oſtendam id me velle.

VARIANTES LECTIONES

1 adfuiſſe. 2 alicui rei eſt.

Demea.

Dem. *SOn diſperato! Che mi è ſtato detto,*
Che Teſifone inſieme fu con Eſchino
Nella rapina. Ci manca ſol queſto
Di male a me infelice, che coſtui,
Ch' è buono a qualche coſa, mi ſia guaſto
Da quello ſciagurato. Ora in qual parte
Ritroverollo? L' averan condotto
Senza dubbio da qualche meretrice
Perſuaſo da quello ſcellerato:
Sarà certo così. Ma veggio Siro.
Ora ſaprò da lui, dove egli ſia;
Egli è di lor combriccola: ſe punto
Si accorge, che io lo cerchi, ella è finita;
Ne mai potronne ricavar coſtrutto:
Però non moſtrerò di averne voglia.

Ter. Adelph. Fig. XI.



Act. III. Scena IV.

Syr. OMnem rem modo ſeni,
Quo pacto haberet, [a] enarramus ordine.
Nil [x] quidquam vidi laetius. *Dem.* Proh Jupiter,
Hominis ſtultitiam. *Syr.* Conlaudavit filium:
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
Dem. Diſrumpor. *Syr.* Argentum adnumeravit illico:
Dedit praeterea in ſumptum dimidium minae:
Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. *Dem.* Hem,
Huic mandes, ſi quid recte curatum velis.
Syr. Hem Demea; haud aſpexeram te: quid agitur?
Dem. Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis

Ratio-

VARIANTES LECTIONES

a enarravimus.
x nihil vidi quicquam laetius.

Siro, e Demea.

Sir. HO *raccontato adeſſo al noſtro vecchio*
Come andaſſe la coſa ad un puntino:
Ne di lui vidi mai coſa più lieta.
Dem. O *ſommo Giove, che ſtoltezza d' uomo!*
Sir. *Diede lodi al figliuolo, a me infinite*
Grazie per lo conſiglio. Dem. *Ardo di ſdegno.*
Sir. *Contò al mezzano ſubito il denaro,*
E diede mezza mina per le ſpeſe;
E queſti gli ho diviſi a guſto mio.
Dem. *Cappita! chi vuol ben fatte le coſe,*
Non tralaſci coſtui. Sir O *mio Demea,*
Non ti avea viſto: Che ſtai qui facendo?
Dem. *Quello che faccio? Non poſſo abbaſtanza*

Mara-

Rationem. *Syr.* Eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Abſurda. Piſces caeteros purga Dromo: *
Congrum iſtum maxumum in aqua ſinito ludere
Tantiſper: ubi ego [1] rediero, exoſſabitur:
Prius nolo. *Dem.* Haeccine flagitia? *Syr.* Mihi quidem non placent:
Et clamo ſaepe. Salſamenta haec, Stephanio,
Fac macerentur pulchre. *Dem* Dii voſtram fidem!
Utrum ſtudione id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? vae miſero mihi,
Videre videor jam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. *Syr.* O Demea,
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt,
Videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt,
Proſpicere. *Dem.* Quid? iſtaec jam penes vos Pſaltria eſt?
Syr. Ellam [a] intus. *Dem.* Eho, an domi eſt habiturus? *Syr.* Credo, ut eſt

De-

VARIANTES LECTIONES.

a Eſt etiam intus. *In utroque Codice.*

1 venero.

Maravigliarmi di queſta maniera
Del viver voſtro. Sir. *Al certo è ſcimunita,*
Per non dire furbeſca, e diſoneſta.
Dromon, puliſci tutti gli altri peſci,
Ma coteſto bel Rombo per un poco
Laſcialo ſaltellar dentro dell' acqua;
Al mio ritorno poi gli leverai
Tutte le liſche, ma non farlo prima.
Dem. *E ho da vedere iniquità sì fatte?*
Sir. *Ne pure l' approvo io, e aſſai ſovente*
Le biaſmo. Stefanino bada bene,
Che reſtin diſſalate queſte coſe.
Dem. *O Dei la voſtra fede! O vuol coſtui*
Con ſtudio, e appoſta rovinare il figlio,
O di ciò crede riportarne lode.
Miſero me! già parmi di vedere
Quel dì, nel qual e' povero, e ramingo
Di qui ſi parta, e vada a qualche guerra.
Sir. *O Demea, oh coteſto egli è ſapere,*
Non veder ſol quel, che ti ſta tra' piedi,
Ma preveder ancor quel, ch' è futuro.
Dem. *Dimmi un poco; ella è poi la Cantatrice*
In voſtra mano? Sir. *Già l' abbiamo in caſa.*
Dem. *Oh, che vuol forſe in caſa ſua tenerla?*

Sir. *Egli*

NOTAE

* Haec Syri verba mirum in modum Tabulam explicant huic Scenae praefixam. In ea praeter Syrum, Demeamque colloquentes, alia quoque cernitur Perſona, Dromonis ſcilicet intra limen domus Micionis ſedentis, ad ejuſque pedes Piſces nonnulli, quos inter praegrandis Congrus in aqua natat juxta laudata Syri verba:

Congrum iſtum maxumum in aqua ſinito ludere
Tantiſper.

Daceria in Praefatione ad ſuam terentianam verſionem nonnullos regiae pariſienſis Bibliothecae Codices commendans, ex quibus emendationes a ſe factas deprompſiſſe aſſerit, eum praecipue laudat, qui Actorum Larvas, atque Perſonas exhibet, & antiquitatem mille annorum redolet. Hanc itaque ad Scenam animadvertit: „ La planche, qui eſt à la tête de la quatriéme Scene du „ troiſiéme acte, fait voir Syrus, qui parle avec Demea, & que „ en même temp donne ſes ordres a Dromon, que on voit dans „ la maiſon „ (Scilicet intra limen Domus: ſi enim fuiſſet Domi, proſpici minime a Spectatoribus in cavea ſedentibus potuiſſet)„ Où „ il vuide des poiſſons; & pres de luy il y a un baſſin, où il a „ mis degorger le Congre, qui eſt fait comme un Anguille.„

Vides itaque, quam apte conveniat inter pariſienſes, vaticanumque Codices, & quam erudite doctiſſima ea mulier animadverterit alibi „ Les figures, qui ſont au commencement de chaque „ Scene, ne ſont pas fort delicatement deſſinées; mais leur geſte, „ & leur attitude répondent parfaitement aux paſſions, & aux „ mouvemens, que le Poete a voulu donner à ſes perſonnages: „ & je ne doute pas que du temp de Terence les Comediens ne „ fiſſent les memes geſtes, qui ſotn repreſentez par ces figures.

Dementia. *Dem.* Haeccine fieri? *Syr.* Inepta lenitas
Patris, & [a] facilitas prava. *Dem.* Fratris me quidem
Pudet, pigetque. *Syr.* Nimium inter vos, Demea,
(Non quia ades praesens, dico hoc,) pernimium interest.
Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille somnium. sineres vero [b] illum tu tuum
Facere haec? *Dem.* Sinerem illum? aut non sex totis mensibus
Prius olfeciſſem, quam ille quidquam coeperit?
Syr. Vigilantiam tuam tu mihi narras? *Dem.* Sic siet
Modo, ut nunc est [c]. *Syr.* Ut quisque suum volt esse, ita est.
Dem. Quid eum? vidistin' hodie? *Syr.* Tuumne filium?
(Abigam hunc rus): jam dudum aliquid ruri agere arbitror.
Dem. Satin' scis ibi esse? *Syr.* Oh, [1] quem egomet produxi. *Dem.* Optume est.
Metui, ne haereret hic. *Syr.* Atque iratum admodum.
Dem. Quid autem? *Syr.* Adortus jurgio fratrem apud forum
De Psaltria istac. *Dem.* Ain' vero? *Syr.* Vah, [d] nil reticuit:
Nam, ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improviso; coepit clamare; Aeschine
Haeccine flagitia facere te? haec te admittere
Indigna genere nostro? *Dem.* Oh, lacrumo gaudio.
Syr. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.

Dem. Sal-

VARIANTES LECTIONES

a facultas. *Concordant Codices.* *b* illum tuum. *c* nunc est, quaeso. *d* nihil.
1 qui egomet produxi? *Sic etiam in antiquiori Codice.*

Sir. *Egli è sì pazzo da far questo, ed altro.*
Dem. *E soffrirò veder sì fatte cose?*
Sir. *La sciocca dabbenaggine, e la trista*
Facilità del padre di ogni male
Sono cagione. Dem. *Ho rossor del fratello,*
E me ne increſce. Sir. *Fra lui, e te Demea,*
(Ne dico ciò, perchè mi ſi preſente)
Ci è troppa differenza, a dirla giusta.
Tu quanto quanto ſei, ſei tutto ſuggio;
Quell' altro è un mero ſogno, un capo vuoto.
Lasciaresti a quel tuo mai far tai cose?
Dem. *Che io far glie le lasciassi! e non ne avrei*
Sei mesi prima avuto già sentore,
Ch' ei pensasse di por le mani a nulla?
Sir. *La vigilanza tua tu a me racconti?*
Dem. *Sempre il mio così sia, conforme è ora.*
Sir. *Il suo sempre tal è, quale un lo vuole.*
Dem. *Dimmi, oggi hai tu veduto...* Sir. *Vuoi dir forse*
Il tuo figlio? (cacciar voglio costui
In villa) Io credo, che egli già da un pezzo
Sia in campagna, e vi operi qual cosa.
Dem. *Ma di certo lo sai, ch' egli vi sia?*
Sir. *Oh, se io ve l' ho condotto.* Dem. *Ottimamente:*
Ch' ebbi timor, che qui non si attaccasse.
Sir. *E' fuma di ſdegno.* Dem. *E per qual causa?*
Sir. *Alzò la voce in piazza col fratello*
A cagione di quella Cantatrice.
Dem. *Dì tu davvero?* Sir. *E non lasciò parola*
Da dirsi, per riprenderlo aſpramente:
Anzi nell' atto, che il denar promesso
Si sborzava al mezzan per la ragazza;
Improviso comparve, e irato disse:
Eschino, e ben fai tu sì triste cose?
E così infami la nostra famiglia?
Dem. *Ah piango dalla gioja.* Sir. *Tu non perdi*
Questo argento, ma perdi la tua vita.

Dem. *Vi-*

Dem. Salvos ſit: ſpero: eſt ſimilis majorum ſuum. *Syr.* Hui.
Dem. Syre, praeceptorum plenus iſtorum ille. *Syr.* Phi,
Domi habuit, unde diſceret. *Dem.* Fit ſedulo:
Nil praetermitto: conſuefacio: denique
Inſpicere, tamquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. *Syr.* Recte ſane. *Dem.* Hoc fugito. *Syr.* Callide.
Dem. Hoc laudi eſt. *Syr.* Iſtaec res eſt. *Dem.* Hoc vitio datur.
Syr. Probiſſume. *Dem.* Porro autem. *Syr.* Non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi: piſces ex ſententia
Nactus ſum: mihi ne corrumpantur, cautio eſt:
Nam id nobis tam flagitium eſt, quam illa Demea
Non facere vobis, quae modo dixti: & quod queo,
Conſervis ad eumdem iſtunc praecipio modum:
Hoc falſum eſt: hoc aduſtum eſt: hoc lautum eſt parum:
Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo
Moneo, quae poſſum pro mea ſapientia:
Poſtremo, tamquam in ſpeculum, in patinas, Demea,
Inſpicere jubeo, & moneo, quid facto uſu' ſit.
Inepta haec eſſe, nos quae facimus, ſentio:
Verum quid facias? ut homo eſt, ita morem geras.
Nunquid [1] vis? *Dem.* Mentem vobis meliorem dari.

Syr. Tu

VARIANTES LECTIONES

1 Nunc quid vis?

Dem. *Viva egli, e ſpero, che ſarà ſimile*
Agl' Antenati ſuoi. Sir. *Cappita!* Dem. *Siro,*
Di tai precetti egli è ripieno zeppo.
Sir. *Che ſtupore, s' egli ha il Maeſtro in caſa.*
Dem. *Oh in queſto ci ſto tutto, e non mai laſcio*
Paſſargliene veruna, e in guiſa tale
A bene oprar l' avvezzo. Finalmente
Gli comando, che come in uno ſpecchio
Egli contempli di ciaſcun la vita,
E quindi apprenda dalle azioni altrui
A farſi eſempio, e regola a ſe ſteſſo.
Queſto, dico, è da farſi. Sir. *Bene al certo.*
Dem. *Queſto altro è da fuggirſi.* Sir. *Con giudizio.*
Dem. *Queſto degno è di lode.* Sir. *Util conſiglio.*
Dem. *Queſto di biaſmo.* Sir. *Inſegnamento raro.*
Dem. *Ma per meglio ſpiegarmi....* Sir. *Non ho tempo*
Or di aſcoltarti, che mi ſon comprati
Que' peſci a guſto mio, e a me ſi aſpetta
Lo ſtare attento, onde non vadan male;
Che tanto a noi ſi aſcriverebbe a colpa
Una tal negligenza, quanto a voi
Quelle coſe non far, che avete detto.
Però nel modo ſteſſo a' miei conſervi,
Che al figlio tu comandi, io pur comando:
Queſto è troppo ſalato: arſiccio troppo
E' queſto: e lavato han poco queſto altro;
Quello è ſquiſito raro: un' altra volta
Che tu lo debba cuocer, ti rammenta
Di non mutare intingoli; ed a tutti
Per quanto ſo, do regole, e precetti.
In fin comando lor, che fiſſin gli occhi
Nelle ſtoviglie, come in uno ſpecchio,
E moſtro lor, come hanſi a contenere.
So che ſon tutte inezie queſte noſtre:
Ma pur, che ſi ha da fare? è di meſtiero
Secondar l' uomo, conforme egli è fatto.

Vuoi

Syr. Tu rus hinc ibis [1]? *Dem.* Recta. *Syr.* Nam quid tu hic agas,
Ubi, si quid bene praecipias, nemo [2] obtemperet?
Dem. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, quem video procul? [a] est ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. vah,
Homo amicu' nobis jam inde a puero. dii boni,
Nae illiusmodi jam magna nobis civium
Penuria est. antiqua homo virtute ac fide.
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! vah, vivere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, ut salutem, & conloquar.

VARIANTES LECTIONES

a est ne Hegio *in utroque Codice.*

1 abis? 2 obtemperat.

Vuoi da me nulla? Dem. *Che vi fia conceſſa*
Una mente migliore. Sir. *Or vai tu in Villa?*
Dem. *A dirittura.* Sir. *Tanto qui che fai,*
Dove alcuno non bada a' tuoi conſigli?
Dem. *Certo che voglio andarvi, ogni qualvolta*
Colà quegli ſi trova, per cui ſolo
Qua venni. Quello io curo unicamente,
E quegli ſolo mi appartien; queſt' altro,
Giacchè così la vuole il mio fratello,
Egli curi a ſuo modo. Ma colui
Chi eſſer può, che da lontano io veggio?
E' non è forſe Egion mio paeſano?
Se l' occhio non m' inganna, al certo è deſſo:
Amico noſtro infino da fanciullo.
O buoni Dei! di queſta ſorta al certo
D' uomini in oggi è gran penuria al mondo;
Uomo di fede, e di virtude antica.
Oh queſti sì, che al pubblico vantaggio
O farà bene, o non farà mai danno.
Quanto mi allegro mai, quando che io veggio
Reſtare ancora di sì fatta gente
Alcuno avanzo! Oh quanto mi compiaccio
Vederlo vivo! Lo vuo' quì aſpettare
Per ſalutarlo, e ragionar con lui.

Act. III. Scena V.

Heg. PRoh dii immortales, facinus indignum! Geta,
Quid narras? *Get.* Sic eſt factum. *Heg.* Ex illan' familia
Tam inliberale facinus eſſe ortum? O Aeſchine,
Pol haud paternum iſtuc dediſti. *Dem.* Videlicet
De Pſaltria hac audivit: id illi nunc dolet
Alieno: pater is nihil pendit: hei mihi.
Utinam hic prope adeſſet alicubi, atque audiret haec.
Heg. Ni facient, quae illos aequom eſt, haud ſic auferent.
Get. In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus, tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendavit ſenex:
Si deſeris tu, periimus. *Heg.* Cave dixeris:

Nec

Egione, Geta, Demea, e Panfila.

Eg. PEr gl' *immortali dei, che fatto indegno!*
Geta, coſa mi narri? Get. *Egli è in tal guiſa.*
Eg. *Un' opra sì villana e come mai*
Potette uſcir da ſimile famiglia!
Oh Eſchin, certamente al tuo buon padre
In queſto non ſomigli. Dem. *Egli ſicuro*
Udito ha il fatto della Cantatrice,
E gliene duole ancorchè non parente,
Ed a ſuo padre non importa un zero.
Miſero me! voleſſe almeno il cielo,
Ch' e' ſteſſe quì vicino in qualche luogo,
E udiſſe queſte coſe. Eg. *Se pur mai*
Eſſi far non vorran ciò ch' è dovere,
Non ſe la paſſeranno impunemente.
Get. *Egione, tutta in te ſtaſſi ripoſta*
La noſta ſpeme. Abbiam te ſolo al mondo;
Tu noſtro difenſor, tu noſtro padre;
A te ſolo morendo il noſtro vecchio
Raccomandocci; e ſe tu ci abbandoni,
Eccoci rovinati. Eg. *Non dir mai*
Sì fat-

Nec faciam [a], neque me ſatis pie poſſe arbitror.
Dem. Adibo. ſalvere Hegionem plurumum
Jubeo. *Heg.* Oh, te quaerebam ipſum, ſalve Demea.
Dem. Quid autem? *Heg.* Major filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni,
Neque liberalis functus officium viri eſt.
Dem. Quid iſtuc [1]? *Heg.* Noſtrum amicum noras Simulum, atque
Aequalem? *Dem.* Qui ni? *Heg.* Filiam ejus virginem
Vitiavit. *Dem.* Hem! *Heg.* Mane, nondum audiſti, Demea,
Quod eſt graviſſumum. *Dem.* An quid eſt etiam amplius?
Heg. Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt.
Perſuaſit nox, amor, vinum, aduleſcentia:
Humanum eſt. Ubi ſcit factum, ad matrem virginis
Venit ipſus ultro lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, jurans, ſe illam ducturum domum.
Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. virgo ex eo
Compreſſu gravida facta eſt: menſis hic decimus eſt:
Ille bonus vir nobis Pſaltriam, ſi diis placet,
Paravit, quicum vivat, illam deſerit.
Dem. Pro certon' tu iſtaec dicis? *Heg.* Mater virginis
In medio eſt, ipſa virgo, res ipſa: hic Geta

Prae-

VARIANTES LECTIONES

a Neque faciam,
1 Quid iſtuc eſt?

Sì fatte coſe; io ſempre aſſiſterovvi;
Ne per quanto farò; farò giammai
Più di quel, che richiede la pietade.
Dem. *Andronne a lui: Egione, io ti ſaluto.*
Eg. *Appunto io te cercava: il Ciel ti ſalvi,*
Demea. Dem. *Ed a qual fine?* Eg. *Eſchino tuo*
Maggior figliuol, che deſſi al tuo fratello
In adozione, egli ha fatto tal coſa,
Che ad uomo buono, e oneſto ſi diſdice.
Dem. *Che coſa è queſta?* Eg. *Hai pur tu conoſciuto*
Il noſtro amico Simoncino, e noſtro
Compagno? Dem. *Senza dubbio.* Eg. *Alla ſua figlia*
Fè forza, e villania. Dem. *Come!* Eg. *Trattienti,*
Che non ti ho detto ancor quel, che è più grave.
Dem. *E può creſcer la colpa?* Eg. *E quanto mai!*
Perchè ciò ſi potrebbe in qualche modo
Soffrir: lo perſuaſe a tale impreſa
L' amor, la notte, il vin, la giovanezza:
E' coſa umana. Quando e' ſeppe il fatto;
Corſe a trovar la madre della vergine
Di ſua voglia; e tra lacrime, e preghiere,
E ſuppliche le diè parola ferma
Di prender la ſua figlia per conſorte.
Gli fu rimeſſo il fallo: fu taciuto:
E alle parole ſue fu dato fede.
Gravida la reſe egli in quella ſera,
Ed è già entrata nel decimo meſe:
E quel buon uomo, ſe pur piace a i Dei,
Si è comprato una bella Cantatrice,
Per viver ſeco: ed abbandona or queſta.
Dem. *E coſe tali tu le ſai di certo?*
Eg. *La madre della vergin ella è pronta*
A mantenerle, e la vergine ſteſſa,
E il fatto iſteſſo: In oltre egli è quì Geta,

Uom

Praeterea, ut captus est servorum, non malus,
Neque iners, alit illas, solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce, vinci, quaere rem.
Get. Imo hercle extorque, nisi ita factum est, Demea:
Postremo [1] non negabit, coram ipsum cedo.
Dem. Pudet: nec quid agam, nec quid huic respondeam,
Scio. *Pam.* [2] Miseram me, differor doloribus. *
Juno Lucina fer opem, serva me obsecro. *Heg.* Hem!
Num nam illa quaeso parturit? *Get.* Certe Hegio. *Heg.* Hem!
Illaec fidem nunc vostram implorat, Demea:
Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.
Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut vobis decet.
Sin aliter animus vester est; ego, Demea,
Summa vi defendam hanc atque illum mortuum.
Cognatus mihi erat: una a pueris [a] parvoli
Sumus educti: una semper militiae, & domi
Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter nitar, faciam, experiar; denique

Ani-

VARIANTES LECTIONES

a parvolis.
1 non negabit coram, ipsum cedo. 2 *Intus*. Miseram &c.

Uom per quel, che comporta il grado suo,
Non tristo, ne vigliacco: e' la governa,
E mantien solo tutta la famiglia;
Questo teco ti porta, e l' incatena,
E ricerca da lui, se io narro il vero.
Get. *Anzi di più mi strazia, e mi tormenta,*
Se la cosa non è siccome e' dice;
Ma ne pur il tuo figlio negherallo,
Se a lui medesmo lo domanderai.
Dem. *Mi vergogno; ne so più che mi fare,*
Ne che cosa rispondere a costui.
Panf. *Misera me muojo di dolore!*
Giunon Lucina ajutami, ti prego,
E salvami da morte. Eg. *Oh che ella forse*
Adesso partorisce? Get. *Certamente.*
Eg. *Olà Demea, la vostra fede implora*
Panfila adesso, e pregavi a volere
Concederle con grazia, e di buon cuore
Quello, che a lei pervienti di giustizia.
E supplico gli Dei, che queste cose
Si faccian presto, come a voi convienti.
Se poi voi siete di parer diverso;
Son quì, Demea, per lei; difenderolla
Col morto padre suo, quanto più posso.
Egli mi era parente; da fanciulli
Siamo stati allevati; e in guerra, e in pace
Sempre noi stemmo insieme, e insieme ancora
La dura povertà noi sopportammo.
Per lo che sforzerommi, e farò tutto;

Move-

NOTAE

* Optime quidem in Vaticano nostro Codice sub n. 3868. notatur, haec a Pamphila *Intus*, scilicet vicina in domo proferri: illa siquidem in Scenam non prodit; quae ratio potissima est, ut illius Persona in Tabula, quae eidem praeponitur Scenae, minime exprimatur. Nulla enim Persona, Larva nulla assignari iis solet, qui in Scenam non prodeunt. Neque dicas, Act. III. Sc. IV. Personam Dromoni tribui: cum siquidem se videndum praebuisse pisces curantem, ipsa indicant Syri verba, atque Actio, quae nonnisi visibili Dromonis ipsius Persona poterat explicari.

Animam relinquam potius, quam illas deferam.
Quid mihi respondes? *Dem.* Fratrem conveniam, Hegio:
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
Heg. Sed, Demea, hoc tu facito, cum animo cogites;
Quam vos facillime agitis, quam estis maxume
Potentes, dites, fortunati, nobiles;
Tam maxume vos aequo animo aequa noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos.
Dem. Redito: fient, quae fieri aequom est, omnia.
Heg. Decet te facere. Geta, duc me intro ad Sostratam.
Dem. Non me indicente haec [a] fiunt: utinam [b] hoc sit modo
Defunctum. verum nimia illaec licentia
Profecto [c] evadet in aliquod magnum malum.
Ibo [d], requiram fratrem, ut in eum haec evomam.

VARIANTES LECTIONES

a fient. *b* hic. *c* evadit. *d* ac requiram:

Moverò lite acerba; ed alla fine
Lascerò pria la vita, che colei.
Che ne dì tu? Dem. *Sarò col mio fratello,*
E su questo farò quel, che mi dice.
Eg. *Ma tu, Demea, raccogliti in te stesso,*
E pensa bene, che quanto voi siete
E comodi, e potenti, e ricchi, e nobili,
E felici; altretanto vi bisogna
Con giusta mente far le cose giuste,
Altrimente non fia possibil mai,
Che abbiate nome di buoni, e di onesti.
Dem. *Ritorna in breve; e noi vedremo intanto,*
Che le cose si facciano a dovere.
Eg. *Farai ciò, che al tuo essere conviene.*
A Sostrata mi guida adesso, Geta.
Dem. *Queste cose non fansi di mia voglia;*
Ed oh piacesse a Dio, che qui finito
Vedessi tutto il male; ma la troppa
Dabbenaggin del mio sciocco fratello,
Temo, che un giorno in qualche precipizio
Non ci abbia da mandar: voglio cercarlo,
E sfogarmi con lui di queste cose.

Heg. Bo-

Ter. Adelph.

Heg. BOno animo fac sis Sostrata, & istam, [a] quam potes,
Fac consolere. ego Micionem, si apud forum 'st,
Conveniam, atque, ut res gesta 'st, narrabo ordine.
Si est, [b] ut facturus officium siet suum,
Faciat: sin aliter [c] de hac re ejus sententia est,
Respondeat mi, ut, quid agam, quamprimum sciam.

VARIANTES LECTIONES

a quod potes *In utroque Codice.* b facturus ut sit officium suum *Concordant Codices.*
c de hac re est sententia *In utroque Codices.*

Egione.

Eg. CErca, *Sostrata, pur di stare allegra,*
E conforta costei, quanto tu puoi.
Io vedrò, se Mizion a caso è in piazza;
Se vi è, narrerò lui tutta la cosa
Per ordine, conforme ella è accaduta:
Se egli vorrà fare il dover, lo faccia;
Se poi non vorrà farlo, me lo dica;
Onde io possa pigliar le mie misure.

NOTAE

* Quamvis nec in laudato Bibliothecae Vaticanae Codice ulla huic praeficiatur Scenae Persona, nec apponendae vestigium ullum adpareat in Codice Capituli Vaticani, quia nulla hic in illis sit Scenae partitio; Nos tamen instituto inhaerentes nostro heinsianam sequendi recensionem, supplendam eam esse duximus, Scenamque dividendam, praesertim quum Hegio ante Demeam e Theatro digressus in contiguam Sostratae domum, in illud reverti nunc videatur.

Ter. Adelph. *Fig. XIII*

Act. IV. Scena I.

Cteſ. A In' patrem hinc abiiſſe rus? *Syr.* Jamdudum. *Cteſ.* Dic ſodes. *Syr.* Apud Villam eſt. nunc eum maxume operis aliquid facere credo. *Cteſ.* Utinam quidem.
Quod cum ſalute eju' fiat, ita ſe defatigarit velim,
Ut triduo hoc perpetuo e lecto prorſus nequeat ſurgere.
Syr. Ita fiat, & iſtoc ſi quid potis eſt rectius. *Cteſ.* Ita: nam hunc diem
Miſere nimis perpetuum, ut coepi, cupio in laetitia degere:
Et illud rus nulla alia cauſſa tam male odi, niſi quia prope eſt.
Quod ſi abeſſet longius,
Prius nox oppreſſiſſet illic, quam huc revorti poſſet iterum.
Nunc, ubi me illic non videbit, jam huc recurret, ſat ſcio:

Rogi-

Teſifone, e Siro.

Teſ. D*I' tu che il Padre mio portoſſi in Villa?*
Sir. *Egl' è un bel pezzo.* Teſ. *E dici ciò davvero?*
Sir. *E' v' è del certo; e già parmi vederlo*
Là per que' Campi tutto affaccendato.
Teſ. *Così pur faccia, e ſia con ſua ſalute:*
Anzi vorrei, che faticaſſe tanto,
Che non uſciſſe per tre giorni interi
Dal letticiuolo ſuo per la ſtanchezza.
Sir. *Così ne avvenga, e avvenga ancor di meglio,*
Se avvenir puote. Teſ. *Certamente, che io*
Mi conſumo di voglia di finire
Con quel piacere tutto queſto giorno,
Col qual l' ho principiato: E quella Villa
Non per altra cagion tanto ebbi in odio,
Se non perchè ella è a noi troppo vicina:
Poichè ſe foſſe alquanto più diſcoſta,
Prima colà l' avria colto la notte,
Che qua di nuovo ritornar poteſſe.
Or quando e' non vedrammici, ſo certo,
Che preſto preſto a noi farà ritorno.

Chie-

Rogitabit me, ubi fuerim: [a] quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? *Syr.* Nihilne [b] in [1] mentem? *Cteſ.* Numquam quidquam. *Syr.* Tanto nequior.
Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis? *Cteſ.* Sunt; quid poſtea?
Syr. Hiſce opera ut data ſit. *Cteſ.* Quae non data [c] ſit? non poteſt fieri. *Syr.* Poteſt.
Cteſ. Interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſſae quid dicam Syre?
Syr. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari!
Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchre calleo.
Cum fervit maxume, tam placidum quam ovem reddo. *Cteſ.* Quo modo?
Syr. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:
Virtutes narro. *Cteſ.* Meas? *Syr.* Tuas. homini illico lacrumae cadunt,
Quaſi puero, gaudio. hem tibi autem. *Cteſ.* Quidnam eſt? *Syr.* Lupus in fabula.
Cteſ. Pater [d] adeſt? *Syr.* Ipſu'ſt. *Cteſ.* Syre, quid agimus? *Syr.* Fuge modo intro: ego videro.
Cteſ. Si quid rogabit, nuſquam tu me: audiſtin'? *Syr.* Potin' ut deſinas?

VARIANTES LECTIONES

a quem *deeſt in Codice*. *b* Nihilne in mentem 'ſt. *c* 'ſt. *d* Pater eſt?
1 in mente eſt?

Chiederammi in qual parte mi trattenni,
Ed io che gli dirò, che mai nol vidi
In tutto queſto giorno? Sir. *E così ſcarſo*
Sei di partiti? a man non ne hai veruno?
Teſ. *Neſſuno affatto.* Sir. *Oh quanto ſei da poco!*
Non clientolo alcuno, alcun amico,
O foreſtiero alcuno avete voi?
Teſ. *L'abbiamo; e poi? A queſti dir tu dei,*
Che hai fatto alcun ſervizio. Teſ. *E come mai*
Può dirſi fatto quel, che non è fatto?
Sir. *Si può.* Teſ. *Ma queſto mi varrà pel giorno;*
E ſe qui poi pernotto, e quale ſcuſa
Troverò, Siro? Sir. *Oh quanto bramerei,*
Che qui ſi uſaſſe ancora far di notte
Servigio alle perſone: ma ſia pure
Coll'animo tranquillo; io ſo appuntino
La natura di lui, come ella è fatta:
E allor che per lo ſdegno e' più s'infuria
Sì placido lo fo, come un agnello.
Teſ. *Ed in che modo?* Sir. *E' volentieri aſcol-*
Le lodi tue; ti faccio avanti a lui
Un Dio, e narro l'alme tue virtudi.
Teſ. *Le mie!* Sir. *Le tue; e allor cadon de fatto*
A quel buon uomo per piacer ſoverchio
Le lagrime a maniera di fanciullo.
Ma olà? Teſ. *Che coſa è ſtato?* Sir. *Eccoti il Lupo.*
Teſ. *E' mio Padre?* Sir. *Egli è deſſo.* Teſ. *E che faremo?*
Sir. *Entra tu in caſa, io penſerò fratanto...*
Teſ. *Se di me chiede, dì che non mi hai viſto;*
Mi hai inteſo? Sir. *E non v'è modo che ti accheti?*

Act. IV. Scena II.

Dem. NAe ego homo ſum infelix. primum fratrem nuſquam invenio gentium.
Praeterea autem, dum illum quaero, a villa mercenarium
Vidi: is filium negat eſſe rure: nec, quid agam, ſcio.
Cteſ. Syre. *Syr.* Quid ais [a]? *Cteſ.* Men' quaerit? *Syr.* Verum. *Cteſ.* Perii. *Syr.* Quin
tu animo bono es.
Dem. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo ſatis decernere:
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.
Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia:
Primus porro obnuncio: aegre ſolus, ſi quid ſit, fero.
Syr. Rideo hunc: primum ait ſe ſcire: is ſolus neſcit omnia.
Dem. Nunc

VARIANTES LECTIONES

a quid eſt?

Demea, Teſifone, e Siro.

Dem. OH *Son pur diſgraziato! in parte alcuna*
Non ritrovo il fratello; e mentre il cerco,
Incontro un Mezzajuolo della Villa,
Che qua venia; gli chiedo del mio figlio,
E mi riſponde, come al certo in Villa
E' non ſoggiorna. Adeſſo e che ho da fare?
Teſ. *Siro?* Sir. *Che vuoi?* Teſ. *Di me cerca egli?*
Sir. *Al certo.*
Teſ. *Son morto.* Sir. *Eh ſtammi allegro.* Dem. *Or di qual ſorta*
Sia la diſgrazia mia, la mia miſeria,
Ancora non ritrovo: e penſo ſolo
Di eſſer venuto in queſta acerba vita
Per ſopportare affanni. Se ſi tratta
Di guai di noſtra caſa; a penetrarli
Io ſono il primo, e il primo a ſaper tutti
I mali noſtri, e il primo ancora a dirli,
E ſolo io ſon, che dell' altrui fallire
Senta dolor. Sir. *Mi fa rider coſtui,*
Che dice ſaper tutto, ed egli è il ſolo
A ſaper nulla. Dem. *Torno ora di nuovo*

Per

Dem. Nunc redeo: si forte frater redierit, viso. *Ctes.* Syre
Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. *Syr.* etiam taces?
Ego cavebo. *Ctes.* Nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.
Nam me in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum 'st.
Syr. Age, tamen ego hunc amovebo. *Dem.* Sed eccum sceleratum Syrum.
Syr. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Scire equidem volo, quot mihi sint domini. quae haec est miseria? *Dem.* Quid
Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem, est frater domi?
Syr. Quid, malum, bone vir mihi narras? equidem perii. *Dem.* Quid tibi est?
Syr. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam Psaltriam
Usque occidit. *Dem.* Hem, quid narras? *Syr.* Hem, vide, ut discidit labrum.
Dem. Quamobrem? *Syr.* Me impulsore hanc emptam esse, ait. *Dem.* Non [a] tu rus hinc modo
Produxe ajebas? *Syr.* Factum: verum post venit insaniens:
Nil pepercit. non puduisse verberare hominem senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis?
Dem. Laudo Ctesipho: patrissas: abi, abi, virum te judico.
Syr. Laudas? nae ille continebit posthac, si sapiet, manus.
Dem. Fortiter. *Syr.* Perquam, quia miseram mulierem & me servolum,

Qui

VARIANTES LECTIONES

a Non tu eum — Rus hinc modo produxe &c.

Per veder, se per sorte il mio fratello
Fosse venuto a casa. Tes. *Ti scongiuro,*
Siro, a far che qua entro non si cacci.
Sir. *E ancor non taci? al certo, che farollo.*
Tes. *Ma di te non mi fido, e non vo' farne*
Oggi la prova: me n'andrò ben' io
In qualche nascondiglio, e lì con essa
Chiuderommi: questa è la più sicura.
Sir. *Fà pur come ti piace; ma pur voglio*
Costui mandare in villa. Dem. *Ecco l'indegno,*
E scelerato Siro. Sir. *Qui per dio*
Nessuno può durarla, se le cose
Non mutan faccia. Ancor ho da sapere
Quanti padroni mi han da comandare.
Oh che miseria è questa! Dem. *Quel volpone*
Di che ringhia? che vuole? Uomo dabbene
Dì un poco, il mio fratello a sorte è in casa?
Sir. *Ahimè! perchè mi chiami uomo dabbene?*
Son andato in rovina. Dem. *E che ti accadde?*
Sir. *Me ne domandi! a forza di sgrugnoni*
La Cantatrice, ed io da Tesifone
Siamo stati ridotti a pollo pesto.
Dem. *Oh che mi narri mai!* Sir. *Guardami in viso,*
Vedi tu questo labro come è rotto?
Dem. *Per qual cagion?* Sir. *Perchè dice, che quella*
Fu comperata per impulso mio.
Dem. *Ma tu non mi dicesti, aver condotto*
Poco fà sino in villa il mio figliuolo?
Sir. *Lo dissi, e ciò fu ver: ma poco dopo*
Tornò arrabbiato, a niuno perdonolla:
E non ebbe vergogna in quelle furie
Di nerbare in tal guisa un uomo vecchio,
Che poco fà, quando egli era piccino,
Io mi teneva in braccio. Dem. *Tesifone,*
Ti lodo, hai tu sensi di padre: oh via
Sei veramente un uomo, Sir. *Tu lo lodi?*
Or sì che in avvenir, se egli ha cervello,
Menerà le man bene. Dem. *Oprò da forte.*
Sir. *Bastonare, e ferire una donzella,*
Ed un povero vecchio, che non ponno

Qui referire non audebam, vicit: hui, perfortiter.
Dem. Non potuit melius: idem quod ego [a] senſit, te eſſe huic rei caput.
Sed eſt ne frater intus? *Syr.* Non eſt. *Dem.* Ubi illum [b] quaeram, cogito.
Syr. Scio ubi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. *Dem.* Hem quid ais? *Syr.* Ita.
Dem. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. *Syr.* At nomen neſcio
Illius hominis, ſed locum novi, ubi ſit. *Dem.* Dic ergo locum.
Syr. Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? *Dem.* Quid ni noverim?
Syr. Praeterito hac recta platea ſurſum: ubi eo veneris,
Clivos [c] deorſum [1] vorſus eſt; hac praecipitato: poſtea
Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt.
Dem. Quonam [2]? *Syr.* Illic, ubi etiam caprificu' magna eſt. *Dem.* Novi. *Syr.* Hac pergito.
Dem. Id quidem angiportum non eſt pervium. *Syr.* Verum hercle. vah,
Cenſen' hominem me eſſe? erravi. in porticum rurſum redi.
Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.
Scin Cratini hujus ditis aedes? *Dem.* Scio. *Syr.* Ubi eas praeterieris,
Ad ſiniſtram hac recta platea; ubi ad Dianae veneris,
Ito ad dexteram: prius quam ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla, [d] & exadvorſum eſt fabrica, ibi eſt. *Dem.* Quid ibi facit?
Syr. Lectulos in ſole [3] ilignis pedibus faciundos dedit.

Dem. Ubi

VARIANTES LECTIONES

a ſenſiit. *b* inveniam. *c* Clivos deorſum eſt. *d* ei advorſum fabrica, ibi eſt.
1 vorſum eſt; hac te praecipitato. 2 quodnam? 3 iligneis.

Rendere il contracambio! uh che fortezza!
Dem. *E' non potè far meglio; quello iſteſſo,*
Che io di te mi credeva, egli credeo;
Cioè, che foſſi di tal coſa il capo.
Ma in caſa è il mio fratello? Sir. *E'fuor di caſa.*
Dem. *Penſo, dove cercarlo.* Sir. *Ove e'ſi trova,*
Sollo: ma in oggi nol dirotti mai.
Dem. *Olà che dici tu?* Sir. *Così ti dico.*
Dem. *Ti ſpezzerò la teſta.* Sir. *Non ritrovo*
Il nome di colui, dal quale andonne,
Ma del luogo ne ho tutta la memoria.
Dem. *Moſtrami dunque il luogo.*
Sir. *Ti ſovvien di quel portico attaccato*
Dalla parte di ſotto del macello?
Dem. *Che vuoi, che non lo ſappia?* Sir. *A dirittura*
Paſſa qua per la piazza, e tieni ſopra.
Là giunto che farai, una Collina
Vedrai lì poco ſotto, e tu per eſſa
Cammina a precipizio. Evvi un Tempietto;
Dipoi da queſta mano a lui vicino
Vi ſta un chiaſſuolo. Dem. *Ed in che luogo mai?*
Sir. *Là dove è quel sì groſſo Caprifico.*
Forſe nol ſai? Dem. *Lo ſo.* Sir. *Di qui tu vanne*
Dem. *Ma non ha quel chiaſſetto riuſcita.*
Sir. *Hai ragione; ſono uomo, e ho preſo sbaglio.*
Torna al portico dunque, al parer mio
Farai il cammin più corto, e più ſicuro.
Sai tu il Palazzo di queſto riccone
Cratino? Dem. *Sollo.* Sir. *Quando tu l' avrai*
Paſſato, và diritto per la piazza,
Piegando alla ſiniſtra; e giunto poi
Al Tempio di Diana, a deſtra volgi,
Ed avanti di giungere alla porta,
Vedrai un mulinello ſopra un foſſo,
E incontro un legnaiuolo: ivi ſi trova.
Dem. *E che vi fa?* Sir. *Commiſe a quel Maeſtro*
De' Letticiuoli, che hanno i più di leccio,
Su cui bever poſſiate a ciel ſcoperto.

Dem. *Bene*

Dem. Ubi potetis vos? bene ſane. ſed ceſſo ad eum pergere?
Syr. I ſane; ego te exercebo hodie, ut dignus es, ſilicernium.
Aeſchinus odioſe ceſſat: prandium corrumpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus; ego jam proſpiciam mihi:
Nam jam adibo, atque unumquodque, quod quidem erit belliſſimum,
Carpam, & cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

Dem. *Bene del certo. Ma perchè non vado*
A trovarlo? Sir. *Và pure, e ti aſſicuro,*
Che oggi vo' riſinirti, come merti,
Di ſtanchezza, e ſudor, vecchio ſtantio.
Eſchin non viene; il deſinar và a male:
Teſifon ſi ſta chiuſo coll' amica:
Or io vo' provvedere a' fatti miei.
Anderò dunque a ritrovar la menſa,
E caperommi di ogni coſa il meglio,
E a forza di bevute a centellini
Tirerò innanzi tutta la giornata.

Dom. Mosca. ſculp.

Ter. Adelph. Fig. XV

Act. IV. Scena III.

Mic. EGo in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere, Hegio.
Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum eſt, corrigo:
Niſi ſi in illo me credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant,
Et ultro accuſant: id quia non eſt a me factum, agi' gratias?
Heg. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.
Sed quaeſo, ut una mecum ad matrem virginis eas, Micio,
Atque iſtaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas mulieri,
Suſpicionem hanc propter fratrem ejus eſſe, & illam Pſaltriam.
Mic. Si ita aequom cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. *Heg.* Bene facis:
Nam & illi animum jam rellevabis, quae dolore, ac miſeria

Tabe-

Egione, e Mizione.

Miz. *EGione, io non ritrovo in queſta coſa*
La cagion, perchè tanto tu mi lodi.
Faccio quello, che deggio: e quell' errore,
Che da noi vien, correggo: ogni qualvolta
Tu non mi creda di sì fatta gente,
I quali ſono i primi a fare il male,
E i primi anco a dolerſene, e ſi credono,
Che tu lor facci torto, e grave ingiuria,
Allora che di ciò tu ti querelì;
Perciò di rei ſi fanno accuſatori.
Or io, perchè non opro in tal maniera,
Dovrò ricever grazie? Eg. *Ah, non per certo,*
Che diverſo da quello, che tu ſei,
Non ti ho giammai creduto. Ma ti prego,
Che dalla madre ſua tu venga meco,
E quelle ſteſſe coſe, che mi hai dette,
A lei tu dica, e lor faccia vedere,
Da che naſce il ſoſpetto, e che gli amori
Son tra'l fratello, e quella Cantatrice.
Miz. *Se tu ciò ſtimi o giuſto, o neceſſario,*
Dem. *No, Mizion, lo dei far liberamente.*
Miz. *Or sebben questa è cosa prava, e sciocca,*
Stravagante, e lontana mille miglia
Dalla mia vita, e dal mio naturale,
Se lo volete voi con tanta instanza,
Si faccia. Esc. *Oh bene: a ragion ti amo, o padre.*
Dem. *Or questo è fatto. Andiam pensando al resto.*
Parente stretto Egion è di costoro,
E nostro affine, e povertà lo preme;
E' dover, che facciamgli qualche bene.
Miz. *E che gli vogliam fare?* Dem. *Evvi qui fuora*
Della Cittade un palmo di terreno,
Che tu fuoli affittar, diamolo a lui,
Perchè sel goda. Miz. *Un palmo di terreno!*
Dem. *Sia cento canne ancora, e' l' ha d' avere.*
Egli a costei in luogo sta di padre,
E' buono, ed è de' nostri: e gli sta bene.
E poi non faccio mia quella parola,
Che poco fa, Mizione, tu dicesti
E bene

Bene, & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet
Effugere. dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet, Micio.
Mic. Quid iſtic? dabitur [1], quandoquidem hic volt. *Aeſc.* Mi pater.
Dem. Nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo. *Mic.* Gaudeo.
Dem. Suo ſibi gladio hunc jugulo.

VARIANTES LECTIONES

1 dabitur quidem, quando hic vult.

E bene, e ſaggiamente, che de' vecchi
Il comun vizio egli è il tirarla troppo,
Or dobbiamo fuggir sì brutta macchia
In ogni modo. Tal proverbio è vero,
Ma noi co' fatti l' abbiamo a ſmentire.
Miz. *Che tante coſe? noi glielo daremo,*
Già che Eſchino lo vuole. Eſc. *O Padre mio.*
Dem. *Or sì, che veramente tu mi ſei*
Vero fratello, e di animo, e di corpo.
Miz. *Ne ho piacere.* Dem *Col ſuo proprio coltello*
Paſſo a coſtui la gola.

Dom. Mifonon ſculp.

Syr. Factum

Act. V. Scena IX.

Syr. FActum eſt, quod juſti, Demea.
Dem. Frugi homo es. ego aedepol hodie mea quidem ſententia
Judico, Syrum fieri aequom liberum. *Mic.* Iſtunc liberum?
Quodnam ob factum? *Dem.* Multa. *Syr.* O noſter Demea, aedepol vir bonu' es.
Ego iſtos vobis uſque a pueris curavi ambos ſedulo,
Docui, monui, bene praecepi ſemper, quae potui omnia.
Dem. Res apparet: & quidem porro, obſonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die convivium:
Non mediocris hominis haec ſunt officia. *Syr.* Oh lepidum caput.
Dem. Poſtremo hodie in Pſaltria iſta emunda hic adjutor fuit;
Hic curavit: prodeſſe aequom eſt: alii meliores erunt:

Deni-

Siro, Demea, Mizione, Eſchino.

Sir. E' *Fatto tutto*
Quel che da te, Demea, fu comandato.
Dem. *Un uomo ſei di vaglia: e in queſto giorno*
Lo dobbiamo far libero. Miz. *Coſtui*
Libero! e per qual fatto? Dem. *Per moltiſſimi.*
Sir. *Per Ercole, Demea, quanto ſei buono!*
Queſti tuoi figli infino da bambini
Curai con diligenza: inſegnai loro,
Diedi precetti, e diedi avvertimenti
Per ogni coſa conforme potei.
Dem. *Ne comparisce il frutto: Ed oltre a queſto*
Tu loro inſegnato hai, come han da ſpendere,
Come con fedeltà menarſi in caſa
L' amiche, e preparar fuora di tempo
I conviti. Non ſon mica da tutti
Sì belli inſegnamenti. Sir. *O Vecchio caro.*
Dem. *Ed oggi finalmente ha dato mano*
Alla compra di queſta Cantatrice,
Ed egli avuto ne ha tutto il penſiero:
Onde gli abbiam a far così bel dono,
Che fia cagion di migliorarſi agli altri,

Denique hic volt fieri. *Mic.* Vin' tu hoc fieri? *Aesc.* Cupio. *Mic.* Siquidem
Tu vis; Syre, eho accede huc ad me, liber esto. *
Syr. Bene facis.
Omnibu' gratiam habeo, & seorsum tibi praeterea Demea.
Dem. Gaudeo. *Aesc.* Et ego. *Syr.* Credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut
Phrygiam uxorem meam una mecum videam liberam. *Dem.* Optumam
Mulie-

Tanto più che il nostro Eschino lo vuole.
Miz. *Veramente vuoi tu, che ciò succeda?*
Esc. *Si che io lo bramo, o padre.* Miz. *Se ciò vuoi;*
Accostati a me, Siro; Ti fo libero.
Sir. *Fai bene: e rendo grazie a ciascheduno*
Di un tal favor: Ma te ringrazio a parte,
Demea. Dem. *Ne godo assai.* Esc. *Io pur ne godo.*
Sir. *Lo credo: ma vorrei, che un tal piacere*
Manchevol non mi fosse in parte alcuna;
Però ti prego a far, che meco ancora
Libera vada Frigia mia Consorte.
Dem. *Otti-*

NOTAE.

* Quandoquidem de Syro libertate donato sermo hic occurrit, operae pretium esse arbitror, nonnulla de servorum manumissionis speciebus, ritibusque delibare, ne quis in eum incidat errorem, in quem prolapsus ipse vix non sum, opinans Act. I. Sc. I. hujusce Comoediae agi de manumissione, quum ibi Aeschinus assertorem se libertatis Psaltriae esse velle, dumtaxat minitetur.

In comperto est, a manu mitti idem esse, ac libertate donari: manum enim a Juris peritis, oratoribus, poetisque pro potestate usurpari nemo ullus ignorat. Manumissio autem alia, solennis, justa, & legitima erat; alia injusta, seu minus solennis. Solennis, & legitima *Censu*, *testamento*, vel *vindicta* absolvebatur; minus autem solennis, quae *injusta* quoque dici solebat, *per epistolam*, *per convivium*, *inter amicos*, domique peragebatur: atque huc fortasse spectant illa Ciceronis in Topicis *Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber; neque est ulla earum rerum; non est igitur liber*: servus enim, qui minus solenni forma fuerat manumissus, dato poenitentiae loco retrahi a domino in servitutem poterat.

Primis Romanae Urbis temporibus libertas, quam manumissi servi consequebantur, simplex erat, nec ab ea diversa, qua manumissor potiebatur; quamvis manumissus *Libertus*, & *Libertinus*, manumissor autem *ingenuus* appellaretur teste Justiniano §. 3. *Instit. de Libertinis*: *A primis Urbis Romae incunabulis una atque simplex libertas competebat, ideoque eadem, quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit.*

Censu fiebat manumissio, quum servi nomen, aetas, officium, & artificium in Libros Censuum referrentur ex lege 4. §. 3. *ff. de Censibus*: *In servis deferendis observandum est, ut & rationes eorum, & aetates, & officia, & artificia specialiter deferantur*: in Censum enim non nisi liberi referebantur, ut animadvertit Boetius in laudata Ciceronis verba = *Censebantur antiquitus soli cives romani. Si quis ergo consentiente, vel jubente domino, nomen detulisset in Censum, Civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur: atque hoc erat censu fieri liberum, per consensum domini nomen in censum deferre, & effici civem romanum.*

Manumissionem *ex testamento* antiquissimam esse, & lege XII. Tabularum confirmatam, docet Ulpianus *Fragm. tit. I. §. 9. Ut testamento liberi sint, lex XII. Tabularum facit, quae confirmat, quod datum legatum est.*

Manumissio *ex vindicta* sive dicta fuerit a Vindicio Vitelliorum Servo, cui dominorum conjuratione de revocandis Romam regibus ad Consules delata *praemium pecunia ex aerario, libertas, & civitas data est, primumque vindicta liberatus* teste Livio *lib. II. cap. V.*, sive a virgula, quam Lictor manumittendi capiti imponebat juxta Boetium loco citato, nostra minime interest investigare: satis enim longa, ac diuturna inter Jurisconsultos, aliosque eruditos viros est quaestio. Ritus tamen praestat referre, qui hac occasione servabantur, & eos quidem ex Wilhelmi Loonii Dissertatione *de Servorum manumissione*.

Servus raso capite ad Praetorem deducebatur, deducti caput aut aliud dextera manu membrum tenente domino, qui eum in gyrum circumagebat, faciemque alapa percutiebat juxta ea, quae notat Cornutus in Persii Sat. V. vers. 75.

Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit: & vers. 78.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama. Inquit enim: *Quos manumittebant, eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant*: quod quidem sequenti formula conficiebatur: HUNC HOMINEM LIBERUM ESSE VOLO. Tum Praetor vindicta ejus capiti imposita, qua mox ter aut quater a Lictore percutiebatur juxta Horatium Sat. Lib. II. Sat. VII.

Quem ter vindicta quaterque
Imposita haud unquam misera formidine privet;

hanc formulam pronunciabat AJO TE LIBERUM MORE QUIRITUM.

„ His peractis, inquit Loonius, Servus ad Feroniae tem-
„ plum deducebatur, ibique Pileum accipiebat. Servius ad illud
„ Virgilii Aeneid. lib. VIII.

„ *Nascenti cui tres animas Feronia mater*
„ *Horrendum dictu! dederat*;

„ *Feronia mater*, ait, *nympha Campaniae .... etiam Li-*
„ *bertorum Dea est, in cujus templo raso capite Pileum acci-*
„ *piebant ... In hujus templo Tarracinae sedile lapideum fuit,*
„ *in quo hic versus incisus erat*: BENEMERITI. SERVI. SEDEANT.
„ SURGENT. LIBERI. *Cum autem pileum acciperent, nixi genubus*
„ *sedebant, ut docet effigies servi raso capite in genubus seden-*
„ *tis, pileumque capientis apud Pierium Hieroglyphicorum lib. XL.*

„ Simul atque hujusmodi manumissio peracta esset, nomen
„ manumissi in acta referebatur, adjecta manumissionis causa:
„ Terentius in Adelph. Act. V.

„ *Ego aedepol hodie mea quidem sententia*
„ *Judico Syrum fieri, esse aequum, liberum.*

Sed eruditissimi viri pace dictum sit; quamvis in manumissione, quae *Vindicta* fiebat, eratque solennis & legitima, in Census regesto exprimi ejus faciendae causae solerent; si tamen minus solennis foret, cujusmodi Syri manumissionem esse, inficiabitur nemo; causam manumittens adferre minime tenebatur.

Pileum a Servis libertate donatis assumi consuevisse, testantur ea Plauti in *Amphit. Act. I. Sc. I.*

Quod ille faciat Jupiter,
Ut hic ego hodie raso capite calvus capiam Pileum.

Praeterea de nummo, quem, Caesare interfecto, Cassius & Brutus

Mulierem quidem. *Syr.* Et quidem nepoti tuo hujus filio
Hodie primam mammam dedit haec. *Dem.* Hercle vero ferio:
Siquidem primam dedit, haud dubium quin emitti aequom fiet.
Mic. Ob eam rem? *Dem.* Ob eam. poſtremo a me argentum, quanti eſt, ſumito.
Syr. Dii tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata adferant.
Mic. Syre, proceſſiſti hodie pulchre. *Dem.* Siquidem porro, Micio,
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paulum prae manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. *Mic.* Iſtoc vilius.
Aeſc. Frugi homo eſt. *Syr.* Reddam hercle: da modo. *Aeſc.* Age pater.
Mic. Poſt conſulam.
Dem. Faciet

Dem. *Ottima donna al certo.* Sir. *E al tuo nipote,*
E figliuolo di queſti, oggi ella ha dato
Il primo latte. Dem. *Oh cappita, ſe egli ebbe*
Da eſſa il primo latte, non vi è dubbio,
Che ſi abbia da far libera. Miz. *Per queſta*
Sì lieve coſa? Dem. *Sì per queſta: in fine*
Se ci hai difficoltà, ti ſborſo adeſſo
Quel denaro, che vale. Sir. *I ſommi Dei*
Ti mandino quel bene, che io ti bramo.
Miz. *Siro, oggi hai fatto un ottimo negozio.*
Dem. *E certamente, ſenza dir bugie,*
Compirai, Mizione, a' tuoi dovcri,
Se gli darai qualche coſetta avanti
In preſtito però: ch' egli è perſona
Da non mancarti. Miz. *Io dare a lui denaro?*
E' ne pure un quatrin mi renderebbe.
Dem. *Non è così, ch' egli è ben regolato.*
Sir. *Dammelo pur, che tel ritorno al certo.*
Eſc. *Si padre mio.* Miz. *Voglio dormirci ſopra.*
Dem. *Eh*

NOTAE

tus cudi curarunt duos exhibentem gladios, pileumque in medio, haec cecinit Alciatus *Emblem CL.*

Coeſaris exitio, ceu libertate recepta,
Haec ducibus Brutis cuſa moneta fuit:
Enſiculi in primis, queis Pileus inſuper adſtat,
Qualem miſſa manu ſervitia accipiunt.

Neronis quoque poſt mortem Populum Romanum, quaſi ſervitute liberatum, diſcurriſſe pileatum, teſtantur hiſtorici: quare idem omnino erat *ad pileum vocare*, & libertate donare.

Sed ad minus ſolennes manumiſſionis ſpecies progrediamur tandem aliquando, quae *per epiſtolam*, *inter amicos*, vel *per convivium*, domique fiebant; eaeque quum non juſtam libertatem conferrent, Servus manumiſſus revocari in ſervitutem a domino poterat, & latinus quidem, non romanus civis reddebatur.

Per epiſtolam manumiſſus dicebatur Servus, ſi quando eum dominus ſua epiſtola liberum declararet: hic autem modus fraudes facillime quum poſſet inducere, poſteriori tempore Juſtinianus Imperator *leg. unic. §. 1. C. de libert. lat. toll.* ſancivit, quinque teſtium ſubſcriptionem & ſigna eſſe adhibenda: *ſancimus itaque, ſi quis per epiſtolam ſervum ſuum in libertatem perducere voluerit, licere ei hoc facere quinque teſtibus adhibitis, qui poſt ejus literas ſive in ſubſcriptione poſitas, ſive per totum textum effuſas, ſuas literas ſubponentes, fidem perpetuam poſſint chartulae praebere.*

Hujuſmodi vero lege teſtium numerum definitum fuiſſe cenſeo, qui fortaſſe ante Juſtiniani aevum nulla lege fuerat praeſcriptus; teſtes enim in privatis manumiſſionibus adhibitos fuiſſe, probant illa Martialis lib. IX. Epigr. LXXXVIII.

Aſſers neſcio quas mihi tabellas,
Et dicis, modo liberum eſſe juſſi
Haſtam: Servulus eſt mihi paternus: ſigna.

Primis Romanae Reipublicae temporibus qui eſſent ritus in ſervorum manumiſſione, quae *inter amicos* dicitur, nullibi hucuſque datum eſt adinvenire. Credibile tamen eſt, in ea quoque nonnullos adhibitos fuiſſe teſtes, quorum numerum idem praeſcripſit Juſtinianus loc. cit. §. 2. *Et ſiquis inter amicos manumittere, & libertatem ſervo ſuo dare maluerit; licebit ei ſimiliter quinque teſtibus adhibitis, ſuam explanare voluntatem; & quod liberum eum eſſe voluerit, dicere.*

Manumittebatur quoque Servus *per convivium*, ſi quando ſcilicet eidem accumbentem menſae, cibumque capientem dominus dandae libertatis cauſſa convivio ſe adhibere profiteretur: quod indicat Theophilus a Loonio relatus: quamvis Loonium falli in eo plurimum putem, quod credat huc ſpectare illa Ovidii carmina Amor. lib. I. Eleg. VI.

Excute poſt ſeram:
Excute, ſic unquam longa relevere catena:
Nec tibi perpetuo ſerva bibetur aqua.

Non inficior *ſervam aquam* eam dictam, quae a ſervis biberetur, *liberam*, quae a manumiſſo, *coenamque liberam*, in qua ſervus libertate donaretur. At, ni fallor, laudata Ovidii carmina non ad ſervum, ſed ad carceri mancipatum pertinent, quod indicant verba illa *Excute ſeram: Longa relevere catena.*

Sed cum poſtremae hujuſmodi manumiſſionis ſpecies minus ſolennes eſſent, injuſtaeque vocarentur, ut ſuperius innuimus; ſervi ſic manumiſſi perpetua libertate minime gaudebant, ſi eos domini poenitentia, vel alia ducti cauſſa in ſervitutem retraherent: quod Syrus noſter innuere videtur illis verbis:

Utinam hoc perpetuum fiat gaudium; & clarius eruitur ex Plauto in *Menod. Act. V. Sc. IX. verſ. 88.* ubi ſervus manumiſſus ait:

Sed meliore opus eſt auſpicio, liber perpetuo ut ſiem.

Atque haec quidem fuit illorum conditio ſervorum, qui *inter amicos* libertate donabantur Plauti, Terentiique aetate. Nam anno ab Urbe condita DCCLXXI. M. Junius Silanus Coſ. eos veram Latinorum libertatem habere ſua lege voluit teſte Ulpiano *in Fragm. Tit. 1. §. 10. Hodie autem ipſo jure liberi ſunt ex Lege Junia; qua lege latini ſunt nominati inter amicos manumiſſi.*

Dem. Faciet. *Syr.* O vir optime. *Aesc.* O pater mi festiviſſime.
Mic. Quid iſtuc? quae res tam repente mores mutavit tuos?
Quod proluvium? quae iſtaec ſubita eſt largitas? *Dem.* Dicam tibi:
Ut id oſtenderem, quod te iſti facilem, & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo, Micio.
Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inviſa eſt, Aeſchine,
Quia non juſta injuſta prorſus omnia omnino obſequor;
Miſſa facio: effundite, emite, facite, quod vobis lubet;
Sed ſi id voltis potius, quae vos propter adoleſcentiam
Minu' videtis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum,
Haec reprehendere, & corrigere me, obſecundare in loco;
Ecce me, qui id faciam vobis. *Aesc.* Tibi, pater, permittimus:
Plus ſcis, quid facto opus eſt. ſed de fratre quid fiet? *Dem.* Sino
Habeat. finem in iſtac faciat. *Mic.* Iſtuc recte. Plaudite.

Dem. *Eh via che tel darà.* Sir. *Demea carissimo.*
Esc. *O mio padre piacevole in estremo.*
Miz. *Che domine è mai questo? e d' onde mai*
Nato è così improvviso cangiamento
In te, Demea? e d' onde ti è venuto
Sì insolito prurito di esser largo,
Anzi scialacquator de' beni tuoi?
Dem. *Io tel dirò. Mi son così mutato,*
Per dimostrar, che il plauso, che ti fanno
Tutti costoro, e il nome di cortese,
E di facil, non nasce in modo alcuno
Dalla schietta, e lodevole tua vita
Regolata dal giusto, e dall' onesto;
Ma sol dall' adulare, e chiuder gli occhi
Su' falli altrui, e su il gettare il suo.
Però se adesso il mio viver è ingrato,
Eschino, perchè mai non posso indurmi
A secondarvi ne' vostri voleri
O giusti, o ingiusti; io muterò costumi,
E lascerovvi far ciò, che vi piace;
E buttate pur via, che non m' importa.
Ma se per sorte egli vi fosse a grado
Di esser ripresi, e di essere corretti
Di quelle cose, che voi non vedete,
Ne potete veder di cotesti anni
Pieni di voglie, e scarsi di consiglio,
E voleste aver un, che a tempo, e luogo
Vi resistesse, ovver vi secondasse;
Eccomi pronto a farlo. Miz. *E noi, buon padre,*
Ti accettiamo per tale, ogni qual volta
Quel che bisogni a noi, sai più di noi.
Ma che sarà di mio fratel? Dem. *Si tenga*
Colei, ma in lei finisca. Miz. *E con ragione*
Ciò chiedi. E voi cortesi fate plauso.

Fine degli Adelfi.

P. TERENTII
PHORMIO.

ACTA . LVDIS . ROMANIS [a]
L. POSTHVMIO . ALBINO . L. CORNELIO . MERVLA
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
EGERE
L. AMBIVIVS . TVRPIO . L. ATILIVS . PRAENESTINVS
MODOS . FECIT . FLACCVS . CLAVDII
TIBIIS . IMPARIBVS
TOTA . GRAECA . APOLLODORV . EPIDICAZOMENOS
FACTA . IV
C. FANNIO [1] . M. VALERIO . COSS. *

VARIANTES LECTIONES

a ACTA LUDIS MEGALENSIB. Q. CASPIONE GN. SERVILIO COSS. GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS FACTA EST IIII.
1 GN. FANNIO.

* Ex hac epigraphe, & variantibus Lectionibus noſtri Vaticani Codicis n. 3226. facili negocio deduci poſſe arbitror, hanc Comoediam actam pluries fuiſſe: quod etiam indicat diverſitas Ludorûm, quibus acta dicitur. Romani ſiquidem Septembri menſe celebrabantur, dicatique erant Jovi, Junoni, & Minervae; Megalenſes vero menſe Aprili, magnaeque Deorum matri Cybele nuncupabantur; de quibus fuſius egimus in Praefatione. Conſtans apud eruditos eſt, actam fuiſſe Quartum; *quarto* enim perperam a nonnullis legi exiſtimo. Affirmare tamen non auſim, anno eodem fuiſſe quartum in theatrum inductam; licet non levis conjectura, diverſis annis repetitam fuiſſe, inde ſumatur, quod romani ludi prius enuncientur: nam inde ſequitur non potuiſſe anno eodem induci; Magalenſes enim ludos ſequenti Aprili menſe celebrari oportuit. Evincendum quoque foret, Poſthumii Albini, Merulaeque Aedilitatem cum C. Fannii, & Valerii Conſulatu conveniſſe; cui quidem Provinciae ſuſtinendae imparem me omnino ſentio. Hoc unum addam, auctores nobis eſſe Daceriam, Juvencium, Farnabium, alioſque quamplures, Fannii, Valeriique Conſulatum in annum incidiſſe ab U. C. DXCI. ante C. N. CLXIII., eodemque anno Eunuchum quoque actam fuiſſe. Videat itaque, rogo, benevolus Lector, quae illic de his ſtatuendis chronologicis notis animadverti.

PERSO-

PERSONAE.	PERSONAGGI.
PROLOGUS.	PROLOGO.
PHORMIO Paraſitus.	FORMIONE Paraſito.
DEMIPHO Senex.	DEMIFONE Vecchio.
ANTIPHO Adoleſcens.	ANTIFONE Giovane.
GETA Servus.	GETA Servo.
DORIO Leno.	DORIO Mezzano.
CHREMES Senex.	CREMETE Vecchio.
PHAEDRIA Adoleſcens.	FEDRIA Giovane.
DAVUS Servus.	DAVO Servo.
SOPHRONA Nutrix.	SOFRONA Nutrice.
NAUSISTRATA Matrona.	NAUSISTRATA Matrona.
HEGIO)	EGIONE)
CRATINUS } Advocati.	CRATINO) Avvocati.
CRITO)	CRITONE)

Perſonae mutae.	*Perſonaggi, che non parlano.*
DORCIUM Ancilla.	DORCIO Serva.
PHANIUM Adoleſcens.	FANIO Giovane.

EXPOSITIO NOMINUM
INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

PHORMIO Paraſitus ἀπὸ τῶν φορμῶν a ſparteis, fiſcis, & ſtramentis nauticis.

DEMIPHO Senex δήμου φῶς, populi claritas.

ANTIPHO Adoleſcens ἀπὸ τοῦ ἀντί, καὶ φῶς lumen contra afferens.

GETA Servus, gentile a Getis, qui poſtea Gothi.

DORIO ἀπο τοῦ δώρου a munere, dono.

CHREMES Senex vel a χρεμήτεσθή, quod eſt enixe expuere: vel potius a χρεμετίζω hinnio, quod eſt proprium vocis equorum. Athenienſes enim equis alendis delectabantur.

PHAEDRIA Adoleſcens ἀπο τοῦ φαιδρός ab hilaritate ſic appellàtus.

DAVUS Servus nomen gentile a δαοῖς gente ſervili.

SOPHRONA Nutrix ἀπὸ τῶ σώφρονος caſta, & proba.

NAUSISTRATA Matrona, nomen magnificum ductum a copiis navalibus.

CRATINUS a κράτος robur, ut a *Valens* Valentinus.

HEGIO Advocatus ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι a ductu, ſeu principatu.

CRITO Advocatus ἀπὸ τοῦ κριτοῦ.

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE.

CHremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes [a] clam habebat Lemni uxorem & filiam,
Athenis aliam conjugem, & amantem unice [b]
Gnatum Fidicinam. mater e Lemno advenit
Athenas; moritur. virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat: ibi jam visam [c] Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater, & Chremes reversi fremere. dein minas
Triginta dant parasito, ut illam conjugem
Haberet ipse: argento hoc emitur Fidicina.
Uxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

VARIANTES LECTIONES

a clam. *Deest in Codice.* *b* unicum Gnatum. *c* eam visam. *In utroque Codice.*

ARGOMENTO.

Demifone fratello di Cremete
Intraprese un viaggio, ed Antifone
Unico figlio suo lasciò in Atene.
Cremete aveva in Lemno di nascosto
E moglie, e figlia; ed in Atene ancora
Aveva un' altra moglie, ed un figliuolo
Innamorato d' una Cantatrice.
Venne in Atene la moglie di Lemno,
E quivi si morìo. La vergin sola,
Poichè non tornato anco era Cremete
Attese a' funerali della madre.
In questo mentre la vede Antifone,
E di lei s' innamora, e se la prende
Per moglie coll' arte di Formione
Parasito. Ritornano di fuora
Cremete, e Demifone, e avvampan d' ira
Saputo questo fatto; e trenta mine
Danno al Mezzan, perchè con lei s' ammogli.
Con queste comprata è la Cantatrice.
E per moglie Antifone si ritiene
La figlia di Cremete finalmente
Per tal riconosciuta da suo padre.

La Scena si rappresenta in Atene.

Ter. Phormio



PROLOGUS

*

Oſtquam Poeta vetus Poetam non poteſt
Retrahere a ſtudio, & tranſdere [a] hominem in otium;
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura levi;
Quia nuſquam ſcripſit inſanum [b] adoleſcentulum
Cervam videre fugere, & ſectari canes,

Et

VARIANTES LECTIONES

a & tradere. *In utroque Codice.* *b* nuſquam inſanum ſcripſit.

Poichè al vecchio Poeta non rieſce
Ritrar Terenzio a forza da' ſuoi ſtudj,
Ed obbligarlo in fine a ſtarſi in ozio;
Ricorre alle calunnie; onde per eſſe
Atterrito lo ſcrivere abbandoni:
E dice, che da lui le fatte favole
Infino a qui ſon di debole ſtile,
E d' una fraſe troppo familiare;
Perchè egli non ha mai deſcritto in loro
Un Giovan viſionario, che abbia viſta
Inſeguita da' Cani una Cervetta,
Che ſi fuggiva, e che ſpargea gran pianto;

E lui

NOTAE

* Terpſichores, quae columellae innitens, duas manibus tenet Tibias juxta illud

Suavis tibi tradita Tibia fertur Terpſichore

eſtypon ex nitidiſſima Muſaei Capitolini Statua hic exprimendum curavimus: occaſionemque praebet nonnulla de Tibiarum diſcrimine, & uſu differendi, quum praeſertim adhibitas eas Terentianis in Comoediis fuiſſe, ex ſingularum Epigraphe conſtet.

Tibiarum auctorem Hyagnim fuiſſe, conjiciunt Bartolinius, aliique quamplures ex iis, quae Apuleius Florid. Lib. I. narrat: *Primus Hyagnis in canendo manus diſcapedinavit: primus laevis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, gravibombo concentum muſicum miſcuit.* At ſi meam mihi proferre ſententiam licet, hinc argui opinor, Hyagnim inventis jampridem a Paſtoribus, atque equidem fortuito caſu, tibiis foramina unum, vel plura addidiſſe,

Et eam plorare, orare ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intellegeret, olim quum ſtetit nova,
Actoris opera magis ſtetiſſe, quam ſua;
Minu multo audacter, quam laedit, laederet:
Et magi placerent, quas feciſſet fabulas.
Nunc ſiquis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,

Vetu

E lui pregava, che le deſſe aita.
Perchè s' egli ſapeſſe, allorchè nuova
Queſta Comedia ſua comparve in ſcena,
Ch' ella ſi reſſo più per la deſtrezza
De' recitanti, che pel ſuo valore;

In offender ſarebbe certamente
Di quel che or è, meno sfrontato aſſai;
E le favole ſue ſarian piaciute
Più che or non ſono. Or ſe ſi trova alcuno
Che così dica, e penſi: ſe quel vecchio

Poeta

N O T A E

atque ea laeva, & dextra; unde dextras, ſiniſtraſque tibias dictas fuiſſe arbitror: primis enim temporibus foramina nulla fuiſſe, quamplurimae docent Tabulae a Bartholinio relatae, ac praeſertim pagg. 190. 192. 194. 195. 221. 227. 232. 246. 249. Sic etiam Tibiae, quas exhibent Ficoronii Tabulae II. & III. in Diſſertatione *de Larvis Scenicis*, nullum habent foramen. Unicum poſtmodum additum, parvumque auctor nobis eſt Horatius de Arte poet. verſ. 202.

Tibia non ut nunc orichalco vincta, tubaeque
Aemula, ſed tenuis, ſimplexque, foramine parvo
Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis.

Ovidius quoque Faſt. VI. ver. 697.

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret, effeci, Tibia longa ſonos.

Hyagnim itaque, vel alterum quempiam plura addidiſſe foramina credibile eſt. Bartholinius ectypon Tibiae refert, in qua innumerabilia fere ſunt; Sed quae moderandae voci apta minime fuiſſe cenſeo: nullo enim pacto Tibicen, ſi decem habuiſſet manus, comprimere ea potuiſſet, ut aliis obturatis, apertis aliis concentum muſicum moderaretur.

Servius in illud Virgilii Aeneidos Lib. IX.

O verae phrygiae (neque enim phryges) ite per alta
Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat Tibia cantum;

biforem, inquit, *biſonum*, *imparem*: quod ego quidem ita intelligendum puto; ſcilicet biforem eam nuncupari Tibiam, quae duobus diſtinguitur foraminibus: quae clauſa ambo digito ſi fuerint, gravis, ſi unum tantum, acutus eliciatur ſonus: adeoque biforem illa, biſonum, imparemque ſonum reddere dicatur apud Bartholinium *Tom. I. pag.* 7.

Porro Tibiae, quas Capitolina manu tenet Terpſichores, ſex diſtinguitur foraminibus, ſeptem vero, quae in ſaepius laudato a nobis Sarcophago Matthaejano; per quae gradus ſeptem, ſeu ut alii vocant, Muſices *tonos* repreheſentari exiſtimo: per ſeptenarium ſiquidem numerum perfectionem in arte muſica indicari auctores nobis ſunt Boetius, Donius, Kirkerius, aliique, qui muſurgiam illuſtrarunt.

At notandum eſt, Tibias, quae in matthaejano viſuntur ſarcophago, foramina habere prominentia. Sunt qui putant, hidraulicas eas fuiſſe; quod tamen quum perſuadere mihi nunc neſciam, rationes, quibus illi ſuam ſententiam firmant, propediem publici juris faciendas, anxius praeſtolor. Exemplum in ſequenti initiali Litera pag. 95. exhibendum fategi. penes eruditos eſto judicium.

Praeterea duae, atque etiam plures Tibiae ita aliquando etiam fine ſolle, ſed lingula quadam conjungebantur, ut una prehenderentur manu: quod videre eſt in jam laudatis Ficoronii Tabulis, apud Bartholinium, & in nitidiſſima anulari Gemma apud Cl. Ballerinium, cujus ectypon diligenti elaboratum arte publici juris fecimus in Prologo Andriae Tom. I. pag. 7.

„ Comoediae agebantur, ait Donatus *Fragment. de Comoed.* „ *& Tragoed.* Tibiis paribus, aut imparibus, & dextris, aut ſi„ niſtris. Dexterae autem, & Lidiae ſua gravitate ſeriam Comoe„ diae dictionem pronunciabant: Siniſtrae, & Serranae acuminis „ levitate jocum in Comoedia indicabant. Ubi autem dextra & „ ſiniſtra acta fabula inſcribebatur, mixtim joci, & gravitates „ denunciabantur. „

Ex his, quae innuimus Tom. I. pag. 125. de Prolegomenis ad Terentium, quae ſub Donati nomine circumferuntur, & quibus allatum mox Fragmentum adnectitur, coniici facili negocio poteſt, non convenire inter eruditos viros de eorum auctore. Quamvis autem non parvi facienda illa putem, quod venerabilem redoleant antiquitatem, diſſentiri tamen ab eis aliquantiſper me poſſe exiſtimo, praeſertim in laudata Tibiarum declaratione. Tibias itaque pares eas dici cenſeo, quae ejuſdem ſunt menſurae; dividi autem in dexteras, ſiniſtras, & Serranas: impares vero eas, quarum una brevior eſſet, cujuſmodi ſunt, quas refert Ficoronius Tabula II. Tibiis paribus & imparibus actam Andriam; imparibus tantum Heautontimorumenos I. Phormionemque; paribus Hecyram; duabus dextris Heautontimorumenos II.; dextra & ſiniſtra Eunuchum; Serranis Adelphoe, ipſarum oſtendunt Epigraphes. Quum autem dicuntur facti modi Tibiis paribus & imparibus, intelligendum reor, adhibitas ſimul eſſe Tibias longiores, brevioreſque; vel ſi mavis, aliquando ſolas longiores pareſque, mox breviores. Neque vero per totam Comoediam factos fuiſſe modos, perſuaſum cuique velim: ita enim ſentio, quod in Tragoediis praeſtabat Chorus, id praecipue a Tibicine peractum in Comoediis; ſcilicet ut Actus modulationibus, Canticis, vel etiam ſaltationibus dividerentur eo prorſus modo, quo nunc temporis exodiis utimur. Adhibebantur etiam aliquando modulationes ad animos illorum recreandos, qui erant in Cavea, poſtquam ſuſtigatione, vel truci alia repreheſentatione commoti fuerant: quod erudite animadvertit Ficoronius in explicatione anaglyphi operis Farneſianis in Aedibus Romae adſervati, quod Lorarium exhibet Servum juſſu domini ſui verberantem, puellamque duabus tibiis imparibus ſpectatorum animos poſt Servi ſuſtigationem recreantem.

Dextrae, ſiniſtraeque quae eſſent Tibiae, magna inter auctores eſt diſſenſio. Donati, ſeu auctoris Prolegomenon ad Terentium ſententiam jam retulimus. Putant alii, dextras eas fuiſſe, quae dextra parte oris, manuque itidem dextra tenebantur, eodemque pacto ſiniſtras, quae contraria parte oris, & manus: dextriſque, ac ſiniſtris uti eum tibiis tibicinem, qui ſimul ambas inflaret. His tamen aſſentiri me non poſſe fateor; nullo enim pacto conciliari cum eorum ſententia poſſe videntur, quae recitat Phaedrus Lib. V. Fab. VII.

Princeps Tibicen....
Is forte ludis, non ſatis memini quibus,

Dum

Vetu ſi Poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire prologum potuiſſet novus,
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Quod ab illo allatum eſt, ſibi eſſe id rellatum putet [a].
De illo jam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi quum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. Adporto novam,
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio

Para-

VARIANTES LECTIONES

[a] Quod ab illo adlatum 'ſt, id ſibi eſſe relatum putet.

Poeta non aveſſe provvocato
Il nuovo, e' non avrebbe avuto modo
Da poter fare il Prologo, ſe a forte
Gli mancava uno da parlarne male.
Tal per ſe queſti prendaſi riſpoſta,
Che piantata nel mezzo ella è la palma
Per tutti que', che trattan l' arte comica.
Del reſto quegli altro non ebbe in mente
Col voler toglier queſto da' ſuoi ſtudj,
Che farlo divorare dalla fame.
Or queſti volle ſol riſponder luì,
Non oltraggiarlo; anzi n' avria ben detto,
Se faceva egli a gara a parlar bene.
Or e' per ſe ſi prenda tutti quanti
Gl' improperj a me detti, e a luì ritornino;
Che più non voglio far dì luì parole,
Benchè e' contro di me voglia ancor farle.
Or ciò, che io brami attentamente udite.
Vò recitarvi una Comedia nuova
Detta da' Greci Sentenza, o Giudizio,
Da' Latini Formione. Queſto tale
E' Paraſito, e fa le prime parti,

E da

NOTAE

Dum pecma rapitur, concidit caſu gravi,
Nec opinans ſiniſtram fregit tibiam,
Duas cum dextras maluiſſet perdere.

Etenim ſi dextrae, ſiniſtraeque Tibiae ejuſdem erant naturae, nec aliud inter eas diſcrimen intercedebat, niſi quod alterutra tenerentur manu; conjicere nullus poſſum, qua ratione tanto Tibicen ille ob fractam ſiniſtram Tibiam dolore affectus ſit, ut duas dexteras perdere maluerit. Quare iis potius aſſentiendum puto, qui dextras Tibias eas fuiſſe credunt, quarum foramina dextra eſſent manu claudenda, vel aperienda; ſiniſtras autem, quae ſiniſtra in parte foramina haberent: atque hujuſmodi eas eſſe apparet, quas tenet Terpſichores in Sarcophago quoque, qui viſitur in atrio Aedium Familiae Matthaeiae, & quas tenet puella, quam ex Ficoronio mox ſumus exhibituri. Denique ſiniſtras Tibias gravem ſonum reddidiſſe, rebuſque gravioribus accomodatum, acutum vero dextras, qui jocis conveniebat, opinor; probeque a Donato prolatum, ubi dextra, & ſiniſtra acta fabula inſcribitur, mixtim jocos, & gravitates denunciari.

Serranas Tibias eas eſſe opinatur Servius in Aeneid. lib. IX. ver. 618. *quae pares ſunt, & aequales habent cavernas.* Quod ſi conſtaret, inutilis omnino foret diſtinctio Tibiarum parium, a ſerranis; quam tamen diſtinctionem in Epigraphis Hecyrae, & Adelphoe fieri legimus. Quare Salmaſii, aliorumque magis arridet ſententia, qui malunt, Serranas, quae etiam Sarranae dici ſolent, a Sarra, quo nomine Tyrus olim appellabatur, dictas eſſe, prout a Phrygibus phrygiae.

Tibias denique in conviviis adhibitas, in himenaeis, in funeribus, in ſacrificiis teſtantur quamplurima Antiqua Monumenta Romae, Inſcriptioneſque: quae omnia ego recenſere ſi velim, & dies deficiet, & actum inutiliter agam. Sed praeſtat Ovidii in hanc rem carmina referre ex Faſtor. lib. VII.

Temporibus veterum Tibicinis uſus avorum
Magnus, & in magno ſemper honore fuit.
Cantabat ſanis, cantabat Tibia ludis:
Cantabat moeſtis Tibia funeribus.

Paraſitus, per quem res geretur [a] maxume.
Voluntas voſtra ſi ad Poetam acceſſerit,
Date operam: adeſte aequo animo per ſilentium;
Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus,
Quum per tumultum noſter grex motus loco eſt:
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum,
Bonitaſque voſtra adjutans, atque aequanimitas.

VARIANTES LECTIONES

a agetur. *In utroque Codice.*

E da lui quaſi tutto fia teſſuto
Dell' Opera l' intreccio. Il voſtro amore
S' egli favorirà Terenzio noſtro,
Aſſiſtete anco a noi, e giuſtamente
Ci riguardate: e ſia alto ſilenzio,
Acciocchè non corriamo quella ſteſſa
Diſgrazia, che corremmo l' altra volta,
Quando per lo tumulto ci fu forza
Perdere il luogo noſtro, che la ſola
Virtude dell' Attor poſcia ci reſe.
Or la voſtra bontà ci porga aita,
E ſi moſtri benigna a' falli noſtri.

P. TERENTII PHORMIO.

Ter. Phorm. *Fig. II.*

DAVUS
SERVUS

Act. I. Scena I.

* *Dav.*

Micus ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me relliquum pauxillulum
Nummorum; id ut conficerem, confeci: affero.
Nam herilem filium ejus duxiſſe audio
Uxorem: ei credo munus hoc conraditur:
Quam inique comparatum eſt, ii, qui minus habent.

Ut

Dav. *Geta mio paeſano, e amico ſommo,*
Del quale io aveva alcuni quatrinelli
Rimaſtimi d' un certo conticino,
Che già femmo tra noi, jeri a me venne,
Perchè glie l' accozzaſſi; holli accozzati,
E glieli porto; che il ſuo Padroncino
Odo, che ha preſo moglie, e ſenza dubbio
Per lei ſi pon queſto preſente inſieme.
O ſcelerate uſanze, o leggi inique,
Che dieno a chi n' ha più que' che n' han meno!

Tutto

NOTAE

* Exemplum hic cernis, quod paulo ante promiſi, Tibiarum, quae tria foramina prominentia habent, ex Tabula XLII. Ficoronii in Diſſertatione de Larvis Scenicis. Eas manibus puella tenet, cui nomen TAYXCO, & prope eam Satyri Larva, pyramidi impoſita: ex qua ad paſtoritiam foeminam, quae tibiis egregie caneret in ruſticanis fabulis, referri poſſe, non teme-

Ut ſemper aliquid addant divitioribus!
Quod ille unciatim vix demenſo de ſuo[a], *
Suum defrudans genium, comperſit miſer,
Id illa univerſum abripiet, haud exiſtumans
Quanto labore partum. Porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies;
Ubi initiabunt; omne hoc mater auferet:
Puer cauſſa erit mittundi. ſed videon' Getam?

VARIANTES LECTIONES

[a] vix de demenſo ſuo. *Et in hac lectione concordat utergue Codex.*

Tutto ciò che coſtui a dramma a dramma
Miſe a parte del ſuo ſcarſo ſalario,
Togliendoſel di bocca, in una volta
S' avrà tutto coſtei, ſenza guardare
A quanto in farli egli ci avrà ſtentato.
Poi gli daranno un' altra frecciatella,
Quando avrà partorito: un' altra poi
Il giorno del convito, e quindi un' altra,
Quando il divezzeranno: e tutto queſto
Senza alcun dubbio ſi torrà la madre,
E ſervirà il fanciullo di motivo
Per queſti doni. ma non veggio io Geta?

NOTAE

temere opinatur peritiſſimus hic antiquorum Monumentorum collector, atque explanator, talaremque veſtem optime ei convenire juxta Horatium de Art. poet. verſ. 215.

Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem.

* *Servi quaternos*, inquit Donatus, *modios accipiebant frumenti in menſem, & id* DEMENSUM *dicebatur; & utrum a menſe, an a metiendo, incertum eſt.* Corruptum Donati textum optimo jure putat Pitiſcus: quinque enim modios accipi a Servis menſibus ſingulis teſtatur Seneca Epiſt. LXXX. *Servus eſt, quinque modios accipit, & quinque denarios.* Saluſtius quoque Hiſt. Lib. III. in Orat. M. Lepidi: *Qua tamen quinis modiis libertatem omnium aeſtimavere.*

Praeterea corruptionis indicium mihi eſt puerilis illa quaeſtio de vocis etymologia, utrum ſcilicet *Demenſum* a menſe, vel a metiendo derivet: conſtans enim eſt, a metiendo derivare.

Demenſum cujuſque menſis Kalendis diſtributum teſtatur Plautus in Stich. Act. I. Sc. II.

Quot Kalendis petere demenſum cibum.

Atque hanc diſtributionem ab eo ex Libertis fieri, qui Diſpenſator appellari ſolebat, diſcimus ex Pignorio, & Popma, qui fuſius de Servis tractarunt.

De diſpenſatoris autem munere audiamus Titum Popmam in Diſſertatione de Operis Servorum: „Diſpenſator, *ait*, Servus, „ qui familiae rationes diſpenſat, & peculii adminiſtrationem ha- „ bet. Cicero apud Nonium in verbo Aera: *Quid tu, inquam, „ ſoles, cum rationem a Diſpenſatore accipis, ſi aera ſingula pro- „ baſti, ſummam, quae ex his confecta ſit, non probare?* &c. „ Diſpenſatoris vero officium erat, ſervis reliquis uſitata quae- „ dam per canonem certum ſtipendia, certoſque frumenti mo- „ dios in menſem praeſtare: ex quo illud Terentii in Phormione „ *Quod ille unciatim vix de Demenſo ſuo &c.*

„ At quaternos (*quinos fuiſſe ex Seneca deducimus*) frumen- „ ti modios Servi quolibet menſe a Dominis ſuis accipiebant, „ & id *Demenſum* dicebatur a metiendo, non a menſe: quam- „ vis Donatus demenſum a menſe, an a metiendo appellatum ſit, „ incertum eſſe ſcribit non recte. Veteris certe hujus moris in „ Plauto ſunt non obſcura quoque veſtigia, qui ſic Antiphonem „ Servos ſuos alloquentem introducit *Vos meminiſtis quot Kalen- „ dis petere demenſum cibum; qui minus meminiſtis, quod opus „ ſit facto facere in aedibus.* Ubi *quot Calendis*, pro *quot menſi- „ bus* poſitum, id eſt, in menſes ſingulos meminiſtis petere de- „ menſum cibum, quem diaria appellarunt Martialis

„ *Sed lupus uſuram, puerique diaria poſcunt;*

„ & Seneca Lib. IX. Controv. *Cum introductus eſſet e carere in „ Senatum, poſtulaturus ut Diaria acciperet.*„

Get. Si

Ter. Phor. Fig. III.

Act. I. Scena II.

Get. SI quis me quaeret rufus. *Dav.* Praesto est; desine. *Get.* Oh:
At ego obviam conabar tibi, Dave. *Dav.* Accipe, hem:
Lectum est, conveniet numerus, quantum debui.
Get. Amo te, & non neglexisse, habeo gratiam.
Dav. Praesertim ut nunc sunt mores; adeo res redit:
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid tu es tristis? *Get.* Egone? nescis quo in metu, &
Quanto in periclo sim[a]. *Dav.* Quid istuc est? *Get.* Scies,
Modo ut tacere possis. *Dav.* Abisis insciens:
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri est

Te

VARIANTES LECTIONES

[a] Quanto in periculo simus. *In utroque Codice.*

Geta, e Davo.

Get. SE *alcun mi cerca di capello rosso...*
Dav. *Egli è qui pronto: non andar più avanti.*
Get. *Oh ti andava cercando.* Dav. *Eccoti: piglia:*
Ella è buona moneta, e ben riscontra
Con quello, che ti deggio. Get. *Io per ciò ti amo,*
E della diligenza usata meco
Ti ringrazio. Dav. *Ed in specie a' giorni d' oggi,*
Ne' quai se ti vien resa alcuna cosa,
Molto hai da ringraziar chi te la rende.
Ma che hai, che sei turbato? Get. *Tu non sai*
Il mio timore, ed il mio gran periglio.
Dav. *Dimmelo in grazia.* Get. *Io tel dirò, ma pure*
Che tu possa tacer. Dav. *Va via sei pazzo.*
Provato hai la mia fede nel denaro,
E temerai fidarmi le parole?
Ma poi che buscherei nel propalarlo?

 Get. *Odi-*

Te fallere? *Get.* Ergo auſcultа. *Dav.* Hanc operam tibi dico.
Get. Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtin'? *Dav.* Quidni? *Get.* Quid? ejus gnatum Phaedriam?
Dav. Tamquam te. *Get.* Evenit ſenibus ambobus ſimul,
Iter illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquom: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.
Dav. Cui tanta erat res, & ſupererat? *Get.* Deſinas:
Sic eſt ingenium. *Dav.* Oh, regem me eſſe oportuit.
Get. Abeuntes ambo hic tum ſenes me filiis
Relinquunt quaſi magiſtrum. *Dav.* Oh Geta, provinciam
Coepiſti duram. *Get.* Mihi uſu venit, hoc ſcio.
Memini relinqui me deo irato meo:
Coepi advorſari primo: quid verbis opu' ſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
Dav. Venere in mentem iſtæc mihi: namque inſcitia eſt,
Advorſum ſtimulum calces. *Get.* Coepi his omnia
Facere, obſequi, quae vellent. *Dav.* Sciſti uti foro.
Get. Noſter mali nil quidquam primo. hic Phaedria
Continuo quandam nactus eſt puellulam
Citharíſtriam: hanc amare coepit perdite.
Ea ſerviebat lenoni impuriſſimo:
Neque, quod daretur quidquam; id curarant patres.

Re-

Get. *Odimi dunque*, Dav. *Parla, che io ti aſcolto.*
Get. *Conoſci, Davo mio, del noſtro vecchio*
Il fratello maggior, che è detto Creme?
Dav. *Sicuro.* Get. *E Fedria il ſuo figliuol?*
Dav. *Non meno*
Che te medeſmo. Get. *A queſti vecchi avvenne*
Di dover far viaggio a un tempo ſteſſo,
E quegli in Lenno, e l' noſtro andò in Cilicia
Per rivedere un oſpite ſuo amico,
Che a ſe invitollo con diverſe lettere.
E con promeſſe di montagne d' oro.
Dav. *Ed è', che ha tanta robba, e glie ne avanza,*
Perciò intrapreſe sì lungo viaggio?
Get. *Tacì, che il mio padrone è un avaraccio.*
Dav. *Ah foſſi io nato un rege, o ſimil coſa!*
Get. *Nel partirſi, che fecero i due vecchi,*
Me qui laſciaro quaſi per maeſtro
A' lor figli. Dav. *T' han dato un oſſo duro.*
Get. *E tale l' ho provato, e mi ricordo,*
Che allora m' ebbe in ira il genio mio.
In ſu le prime moſſe incominciai
A fargli fronte. Ma che più ragiono?
Mentre voglio al mio vecchio eſſer fedele,
M' ebbero a rifinir di baſtonate.
Dav. *Di già me lo penſava; che è ſciocchezza*
Menare contro al pungolo de' calci.
Get. *Preſi dunque a far ciò, ch' eſſi volevano,*
Loro in tutto e per tutto ſecondando.
Dav. *Sapeſti navigar ſecondo il vento.*
Get. *Il noſtro ſul principio nulla affatto*
Fece di male. Queſto Fedria poi
Procacciòſſi ben toſto una fanciulla,
Che ſuona di Chitarra, e ſe n' acceſe
Per modo tal, che andavane perduto.
Ella era in man d' un ſordido mezzano,
E perchè non aveſſero che dare,

Ciò

Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.
In quo haec diſcebat ludo, ex adverſo ei loco
Tonſtrina erat quaedam: hic ſolebamus fere
Plerumque eam operiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus illi [1], intervenit
Adoleſcens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid ſit: nunquam aeque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus viſum eſt & miſerum & grave.
Modo quandam vidi virginem hic viciniae
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam;
Ea ſita erat ex advorſo: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adjutaret funus: miſeritum eſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid verbis opu' ſt?
Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus viſere? alius, cenſeo,
Eamus, duc nos ſodes: imus, venimus,
Nihil aderat [2] adjumenti ad pulchritudinem.
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:

Lacru-

VARIANTES LECTIONES

1 illic. 2 Nihil erat.

Ciò fu penſiero de' lor padri: onde altro
Lor non reſtava, ſe non paſcer gli occhi;
Seguitarla, condurla, e ricondurla
A ſcuola, e dalla ſcuola: sfaccendati
A Fedria intanto noi davamo ajuto.
Si ſtava dirimpetto a queſta ſcuola,
Ove andava ella, certa Barberia:
Ivi lei ſolevamo quaſi ſempre
Aſpettar, mentre ſen tornava a caſa.
Ora quivi ſedendo, ecco ad un tratto,
Che in noi s' abbatte un giovan, che piangea:
Abbiam di ciò ſtupore: e lui preghiamo
A dirci la cagione: egli: Non mai
Mi è paruto, come or miſero, e grave
Peſo la povertade: ho viſto adeſſo
In queſto vicinato una donzella
Miſera, che facea triſta lamento
Per la ſua madre morta, che giaceva
Ad eſſa dirimpetto, e niuno amico
Aveva, o conoſcente, o di ſuo ſangue,
Che deſſe mano al funerale in fuora
D' una ſol vecchierella: io mi ſentii
Muovere a campaſſione. Avea la ſteſſa
Fanciulla il volto bello a maraviglia.
Ma che più dico? Eravam noi già tutti
Commoſſi. Quando ſubito Antifone
Comincia: vogliam noi colà portarci
Per lei vedere? un altro, andiamci pure,
E tu ne mena adeſſo. Andiam; torniamo;
Veggiamo. La Fanciulla è bella molto.
E tanto bella più tu la direſti,
Quanto nulla ha, che ſua bellezza aiti:
Scarmigliati i capelli, i piedi nudi,
Incolta, rozza e col pianto ſul viſo

Lacrumæ, veſtitus turpis, ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, haec formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat Fidicinam, tantummodo,
Satis ſcita, inquit: noſter vero. *Dav.* Jam ſcio:
Amare coepit. *Get.* Scin quam? quo evadat, vide:
Poſtridie ad anum recta pergit: obſecrat,
Ut ſibi ejus faciat copiam. illa enim ſe negat:
Neque eum aequom ait facere: illam civem eſſe atticam,
Bonam, bonis prognatam: ſi uxorem velit,
Lege id licere facere [1]: ſin aliter, negat.
Noſter, quid ageret [a], neſcire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
Dav. Non, ſi rediiſſet, ei pater veniam daret?
Get. Ille indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. *Dav.* Quid fit denique?
Get. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum dii omnes perduint.
Dav. Quid is fecit? *Get.* Hoc conſilium, quod dicam dedit.
Lex eſt, ut orbæ, qui ſint genere proxumi,
Iis nubant: & illos ducere eadem haec lex jubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:

Pater-

VARIANTES LECTIONES

a quid faceret.

1 facere *Deeſt in Codice.*

Veſtita malamente: alla per fine,
Se in eſſa il fior della beltà non era,
Avrian tai coſe ogni bellezza eſtinta.
Fedria l' amante della Suonatrice
Diſſe: Ella è molto bella: ma quel noſtro...
Dav. *Già lo ſo: ſe ne acceſe.* Get. *E di che modo!*
E vedi or dove e' vanne a riuſcire.
Il giorno dopo ſe ne và diritto
A quella vecchierella, e la ſcongiura
Di fargli copia della giovanetta.
Ciò gli niega eſſa, e dice iniquamente
Operar lui, che l' oneſta fanciulla
Cittadina è di Atene, e i ſuoi Parenti
Sono pur gente buona. S' egli poi
La vuol per moglie; che egli ſe la prenda
Nel modo, che permettono le leggi;
Quando che no, di nuovo gliela nega.
Il noſtro non ſapeva, che ſi fare:
Deſiderava portarſela ſeco,
E del padre lontano avea timore.
Dav. *Oh, che il padre, quando egli ritornaſſe,*
Non gli perdonarebbe un cotal fallo?
Get. *Quegli priva di dote una fanciulla,*
E ſenza nobiltà darebbe a lui?
Giammai non lo farebbe. Dav. *Finalmente*
Che ſi fa egli? Get. *Lo vuol tu ſapere?*
Evvi un tal Paraſito nominato
Formione temerario; che in ruina
Mandin tutti gli Dei. Dav. *E che fece egli?*
Get. *Gli diè queſto conſiglio, che dirotti.*
La legge vuol, che l' orfane fanciulle
Maritinſi a' più proſſimi, e la ſteſſa
Coſtringe quelli a prender lor per mogli.
Io dirò dunque, che le ſei parente,

E ti

Paternum amicum me adſimulabo virginis:
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quae mater, qui cognata tibi ſit [a]; omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit: mihi paratae lites: quid mea?
Illa quidem noſtra erit. *Dav.* Jocularem audaciam.
Get. Perſuaſum eſt homini [1]: factum eſt: ventum eſt: vincimur:
Duxit. *Dav.* Quid narras? *Get.* Hoc, quod audis. *Dav.* O Geta,
Quid te futurum eſt? *Get.* Neſcio hercle. unum hoc ſcio:
Quod fors feret, feremus aequo animo. *Dav.* Places [b]:
Hem iſtuc viri eſt officium. *Get.* In me omnis ſpes mihi eſt.
Dav. Laudo. *Get.* Ad precatorem adeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc amitte quaeſo hunc: caeterum
Poſthac ſi quidquam, nihil precor. tantummodo
Non addat [2]; ubi ego hinc abiero, vel occidito.
Dav. Quid paedagogus ille, qui Cithariſtriam?
Quid rei [3] gerit [c]? *Get.* Sic, tenuiter. *Dav.* Non multum habet,
Quod det fortaſſe. *Get.* Imo nihil, niſi ſpem meram.
Dav. Pater ejus rediit, annon? *Get.* Nondum. *Dav.* Quid? ſenem

Quoad

VARIANTES LECTIONES

a qui cognati tibi ſint, *b* Placet. *In utroque Codice*, *c* geret?
1 Perſuaſit homini. 2 Non addit. 3 Quid rei erit?

E ti farò citare: e di ſuo padre
Simulerommi amico: andremo inſieme
A' Giudici. Tuo padre chi ſia ſtato,
E chi tua madre: come a te congiunta
Sia di ſangue coſtei; ſarà mia cura
D' aſſai ben colorir tai coſe tutte,
Per quanto l' util mio, e 'l mio vantaggio
Comporterà. Tu nulla a queſte coſe
Opponendo, ſarai ſenza alcun dubbio
Da me vinto in giudizio: Il padre tuo
Ritornerà; farammi litigare:
Ma queſto, che m' importa? Certamente
Sarà noſtra colei. Dav. *Oh vedi audacia*
Proprio da ſcena. Get. *E' reſta perſuaſo;*
Si eſeguiſce; ſi va; rimanghiam vinti;
Se la preſe. Dav. *Che narri?* Get. *Ciò che aſcolti.*
Dav. *Oh Geta, e che di te mai ſarà egli?*
Get. *Io non lo ſo, per dio: ma ſo ben queſto,*
Che comunque anderà cotal faccenda,
Recteне hoc a Daceria factum, judicent alii. Ego quidem, nemini licere, arbitror, alienum textum mutilare; ab Heinſio autem, quem tamen ex inſtituto ſequor, perperam hic Actum concludi: vacuum ſiquidem, occurrente Getae Antiphone theatrum eſſe non poteſt: Facili tamen negocio fieri Actuum diviſionem poſſe, ſi Tertii ſumatur initium a Demiphonis verbis *Quid? Qua profectus cauſa &c.* Quartus exordiatur ab inductione Sophronae in Scenam ea proferentis *Quid agam, quem amicum inveniam &c;* Quintus tandem ab illis Antiphonis verbis *Laetus ſum, ut ut meae res ſeſe habent*: minimi enim faciendum puto, duabus vel tribus Scenis Actum confici; quod non raro in Terentii Comoediis evenire comperimus.

Ter. Phorm. Fig. X.

Act. III Scena I.

Ant. ENimvero, Antipho, multimodis cum iſtoc animo vituperandus es.
Itane te hinc abiiſſe, & vitam tutandam dediſſe aliis tuam [a]?
Alios tuam rem credidiſti, quam tete, animadverſuros magis?
Nam, ut ut erant alia, illi certe conſuleres, quae nunc tibi domi eſt [b],
Ne quid propter tuam fidem decepta potiretur [r] mali:
Cujus nunc miſerae ſpes, opeſque ſunt in te uno [c] omnes ſitae.
Get. Equidem, here, nos jam dudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris.
Ant. Te ipſum quaerebam. *Get.* Sed ea cauſſa nihilo magis defecimus.
Ant. Loquere, obſecro, quonam in loco ſunt res & fortunae meae [z]?

Nun-

VARIANTES LECTIONES

a tuam *deeſt in Codice*. *b* illi certe, quae nunc tibi domi eſt, conſuleres. *c* uno *deſideratur*.
r pateretur. z Loquere, obſecro, quonam in loco ſint res, & fortunae meae.

Antifone, e Geta.

Ant. PEr verità, *Antifon*, degno tu ſei,
Con queſto animo tuo tanto da poco,
Di biaſimo. Così dunque partiſti
Di queſto luogo, e deſti la tua vita
Alla difeſa altrui?
E ti credeſti, che la robba tua
Avrebbe più di te curata ogni altro?
Poichè comunque tutte l' altre coſe
Si foſſer, provveduto avreſti almeno
A quella, che in tua caſa or ſi ritrova,
Acciocchè ſotto la tua data fede
Non patiſſe ingannata affronto alcuno;
Di cui, meſchina, le ſperanze tutte,
E tutto il ſuo conforto in te riſiede.
Get. *Gli è gran tempo, padron, che tutti noi*
Te la tiriamo giù, perchè partiſti.
Ant. *Te ſteſſo iva cercando.* Get. *Nondimeno*
Nell' affar tuo non ſi è mancato in nulla.
Ant. *Dimmelo, te ne prego, in quale ſtato*

Sono

Nunquid patri ſubolet? *Get.* Nil etiam. *Ant.* Ecquid ſpei porro eſt? *Get.* Neſcio. *Ant.* Ah.

Get. Niſi Phaedria haud ceſſavit pro te eniti. *Ant.* Nihil fecit novi.

Get. Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, ſtrenuum hominem praebuit.

Ant. Quid is fecit? *Get.* Confutavit verbis admodum iratum ſenem.

Ant. Heu Phormio. *Get.* Ego, quod potui porro. *Ant.* Mi Geta, omnes vos amo.

Get. Sic ſeſe habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res eſt:
Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc adveniat. *Ant.* Quid eum? *Get.* Ajebat [1],
De ejus conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem attinet.

Ant. Quantus metus eſt mihi, venire huc [a] ſalvom nunc patruum, Geta.
Nam, ut audio, per unam ejus aut vivam, aut moriar ſententiam.

Get. Phaedria tibi adeſt. *Ant.* Ubinam? *Get.* Eccum ab ſua palaeſtra exit foras.

VARIANTES LECTIONES

a Quantum metus eſt mihi, videre huc &c.

1 Ut ajebat.

Sono or le coſe mie, le mie fortune?
Mio padre moſtra averne alcun ſentore?
Get. *No per ancora.* Ant. *E che deggio ſperare?*
Get. *Non ſollo.* Ant. *Ahimè!* Get. *Se non che tuo cugino*
Per te fece ogni ſforzo. Ant. *Certamente*
Non fè coſa di nuovo, Get. *E Formione*
Si portò in queſto, e in altro come un Marte.
Ant. *Oh! che fece egli?* Get. *A forza di parole*
L' irato vecchio egli confuſe, e vinſe.
Ant. *Viva Formione.* Get. *Io poi del certo*
Feci quel, che potei. Ant. *Geta mio caro,*
Vi amo tutti. Get. *Così ſono i principj,*
E fino a qui la coſa ella è tranquilla.
Tuo padre aſpettar vuole il ſuo fratello,
Che ritorni da Lenno. Ant. *Ed a qual fine?*
Get. *Diceva voler lui pendere in tutto*
Da' ſuoi conſigli ſopra queſto affare.
Ant. *Così poſſa e' mancar, Geta, tra via,*
Quando ſiccome aſcolto, il viver mio,
O il mio morir ſi ſta nella ſua bocca.
Get. *Eccoti Fedria* Ant. *Ov' è?* Get. *Vedilo appunto*
Ch' egli eſce fuora dalla ſua paleſtra.

Act. III. Scena II.

Ph. DOrio, audi, obsecro. *Dor.* Non audio. *Ph.* Parumper. *Dor.* Quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. *Dor.* At enim taedet jam audire eadem millies [a].

Ph. At nunc dicam, quod lubenter audias. *Dor.* Loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?

Dor. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi.

Ant. Hei metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. *Get.* Idem ego metuo [b].

Ph. Non mihi credis [c]? *Dor.* Hariolare. *Ph.* Sin fidem do. *Dor.* Fabulae.

Ph. Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. *Dor.* Logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est. *Dor.* Somnium.

Ph. Ex-

VARIANTES LECTIONES

a taedet etiam audire eadem miliens. *b* vereor. *c* Nondum mihi credis?

Fedria, Dorio, Antifone, Geta.

Fed. DOrio, *ti prego, ascoltami.* Dor. *Non ti odo.*
Fed. *Due parole . . .* Dor. *Mi lascia.*
Fed. *Ascolta in grazia*
Quello, che ti vo' dir. Dor. *Soffrir non posso*
Le sieste cose udir millanta volte.
Fed. *Ma adesso mi udirai con tuo piacere.*
Dor. *Parla, che io ti odo.* Fed. *Non potrò impetrare,*
Che qui ti fermi per questi tre giorni?
Dove ten vai? Dor. *Avea ben io stupore,*
Che mi apportassi tu cosa di nuovo.
Ant. *Ah temo, che il mezzan non imbastisca*
A Fedria alcuno inganno: Che a lui possa
Ricader sopra. Get. *Io ne ho paura anche io.*
Fed. *Non mi hai fede?* Dor. *Per certo l'indovini.*
Fed. *Ma te ne do parola.* Dor. *Tutte favole.*
Fed. *Vedrai, che frutteratti a maraviglia*
Sì fatta grazia. Dor. *Chiacchiere.* Fed. *Ti giuro,*
Che goderai di avermi compiaciuto,
Ed è vero per dio quel, che io ti dico.

Dor. *Tu*

Ph. Experire; non eſt longum. *Dor.* Cantilenam eamdem canis.
Ph. Tu mihi cognatus, tu parens [1], tu amicus. *Dor.* Garris modo.
Ph. Adeon' ingenio te eſſe duro, atque inexorabili,
Ut neque miſericordia, neque precibus molliri queas?
Dor. Adeon' te eſſe incogitantem atque impudentem, Phaedria [a],
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis [2]?
Ant. Miſeritum eſt. *Ph.* Hei veris vincor. *Get.* Quam ſimilis uterque eſt ſui!
Ph. Neque, alia Antipho quum occupatus eſſet ſolicitudine,
Tum eſſe hoc mi objectum malum? *Ant.* Ah, quid iſtuc autem eſt, Phaedria?
Dor. O fortunatiſſime Antipho. *Ant.* Egone? *Ph.* Cui, quod amas, domi eſt:
Nec cum huju' modi unquam uſus [3] venit ut conflictares [b] malo.
Ant. Mihin' domi' ſt? immo, id quod ajunt, auribus teneo lupum:
Nam neque, quo [c] amittam [4] a me, invenio, neque, uti retineam, ſcio.
Dor. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. *Ant.* Eja, ne parum leno ſies.
Nam [d] quid [5] hic confecit? *Ph.* Hiccine? quod homo inhumaniſſimus:
Pamphilam meam vendidit. *Get.* Quid? vendidit? *Ant.* Ain', vendidit?
Ph. Vendidit. *Dor.* Quam indignum facinus, ancillam aere emptam ſuo [e].
Ph. Nequeo exorare, ut me [f] maneat, & illo cum ut mutet fidem
Triduum hoc, dum id, quod eſt promiſſum, ab amicis argentum aufero.

Si non

VARIANTES LECTIONES

a atque impudentem, Phaedria, ne modo — Ut me phaleratis ducas dictis, & meam ductis gratiis? *b* conflictaris.
c quo pacto eam mittam, neque uti. *d* Nunc. *e* meo. *f* me *in neutro legitur Codice.*

1 tu mihi parens. 2 duces gratis? 3 tibi uſus. 4 quomodo a me amittam. 5 Num quid.

Dor. *Tu ſogni.* Fed. *Fanne pruova: il tempo è breve.*
Dor. *Tu canti la medeſima canzone.*
Fed. *Tu parente, tu padre, e tu mio amico...*
Dor. *Canta pure a tua poſta.*
Fed. *E ſarà ver, che ſii di così duro*
Ed oſtinato cuor, che non ſi poſſa
Ammollir per pietade, e per preghiera?
Dor. *E ſarà ver, che ſii sì ſpenſierato,*
E sfrontato così, che tu ti creda
Di raggirarmi colle tue parole,
Ed averti colei ſenza un quattrino?
Ant. *Mi fa pietà di lui.* Fed. *Ah che pur troppo*
E' dice il vero. Get. *Quanto queſti due*
Rappreſentano ben la parte loro!
Fed. *E queſta mia diſgrazia*
In peggior tempo mi potea accadere,
Quando Antifone anch' egli è pien di cure!
Ant. *Ah che coſa è coteſta, amato Fedria?*
Fed. O *Antifon feliciſſimo...* Ant. *A me dici?*
Fed. *Che quel, che tu amî, ti ritrovi in caſa,*
Ne ti fu d' uopo mai l' aver che fare
Con gente di tal ſorta. Ant. *In caſa mia*
Ho quel che io amo! ah Fedria per gli orecchi,
Siccome dir ſi ſuole, io tengo il Lupo,
Che non trovo la ſtrada di laſciarla,
O ver di ritenerla. Dor. *Io ſono pure*
In coteſta medeſma poſitura.
Ant. *Su via ſii pur, quanto eſſer puoi mezzano.*
Che coſa ti ha fatto egli? Fed. *Chi? coſtui?*
Quel che può fare un crudeliſſimo uomo:
Ha Panfila venduta.
Get. *Che! l' ha venduta!* Ant. *L' ha venduta, dici?*
Fed. *L' ha venduta.* Dor. *Fattaccio al certo indegno:*
Comperare, e rivendere una Fante.
Fed. *Impetrar non poſſo io, ch' egli mi aſpetti,*
E che manchi con quello di parola
Per tre dì ſoli; nel qual tempo ſpero,
Che il promeſſo denaro arrecherogli:

E ſe

Si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus ſies.
Dor. Obtundis. *Ant.* Haud longum eſt id quod orat, Dorio: exoret, ſine.
Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.
Dor. Verba iſtaec ſunt. *Ant.* Pamphilamne hac urbe privari ſines?
Tum tu praeterea horunc' amorem diſtrahi poterin' pati?
Dor. Neque ego, neque tu. *Get.* Dii tibi omnes id, quod es dignus, duint.
Dor. Ego te compluries advorſum ingenium meum menſes tuli
Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra omnia haec,
Repperi, qui det, neque lacrumet. da locum melioribus.
Ant. Certe hercle ego ſatis ſi commemini, tibi quidem eſt olim dies,
Quam ad dares huic, praeſtituta. *Ph.* factum. *Dor.* Num ego iſtuc nego?
Ant. Jamne ea praeteriit? *Dor.* Non, verum ei haec anteceſſit. *Ant.* Non pudet
Vanitatis? *Dor.* Minime, dum ob rem. *Get.* Sterquilinium. *Ph.* Dorio,
Itane tandem facere oportet? *Dor.* Sic ſum: ſi placeo, utere.
Ant. Siccine hunc decipis? *Dor.* Immo enimvero, Antipho, hic me decipit:
Nam hic me hujuſmodi ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.
Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed ut ut haec ſunt, tamen hoc faciam. Cras mane argentum mihi
Miles dare ſe dixit: ſi mihi prior tu attuleris, Phaedria,
Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

E ſe per ſorte io gli mancaſſi, allora
Un' altra ora di più e' non mi aſpetti.
Dor. *Mi rompi il capo.* Ant. *Non è, Dorione,*
Lungo tempo coteſto, che e' ti chiede:
Fagli queſto piacer, che per tal grazia
Ti ſarà largo di doppia mercede.
Dor. *Coteſte ſon parole.* Ant. *E vorrai dunque,*
Che perda Atene la ſua bella Panfila?
E potrài ſofferir, che ſi diſtacchi
Queſta amoroſa coppia uno dall' altra?
Dor. *Ne tu, ne io abbiamo colpa in queſto.*
Get. *Ti dien gli ſommi Dei quel che tu merti.*
Dor. *Per molti meſi, fuor del mio coſtume,*
Io te ſoffrii promettitor piangente,
E ſempre a mani vuote ... Ora ho trovato
Ogni coſa al contrario, voglio dire,
Un che paga, e non piange: a queſto tale,
Come a miglior di te tu cedi il luogo.
Ant. *Certamente, ſe mal non mi ricordo,*
Queſto giorno da te fu ſtabilito
Per lei dare a coſtui. Fed. *Così egli è certo.*
Dor. *Che forſe ve lo nego?* Ant. *Ora egli ancora*
Ti par paſſato? Dor. *No. Ma queſto giorno*
E' ſtato prevenuto da quell' altro.
Ant. *Ne ti vergogni di mancar di fede?*
Dor. *Nulla affatto, purchè io faccia guadagno.*
Get. *Che tu poſſa affogar 'n un letamajo.*
Fed. *Dorio, dunque così far mi biſogna?*
Dor. *Io così ſono, e ſe così ti piaccio,*
Di me ſerviti pure. Ant. *E in guiſa tale*
Inganni tu coſtui? Dor. *Anzi piuttoſto*
Eſſo, Antifon, me inganna. Egli ſapeva
La mia natura, io non ſapea la ſua,
Che l' ho creduto infino adeſſo altro uomo:
Sicchè egli mi ha ingannato: io nulla affatto
Mutato mi ſon mai da quel, che fui.
Ma comunque ſi ſian' or le coſe,
Queſto indurrommi a far. Doman l' argento
Promiſe di portarmi quel Soldato:
Se tu mel porterai prima di lui,
Io ti farò goder del benefizio
Di una mia legge, per cui preferito
E' quegli a tutti, che primier mi porta.
Addio.

Ph. Quid

Act. III. Scena III.

Ph. QUid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
Cui minu' nihilo est? quod si hic pote fuisset exorarier
Triduum hoc, promissum fuerat. *Ant.* Itane hunc patiemur, Geta,
Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adjurit comiter?
Quin, quum opus est [a], beneficium rursum ei [b] experimur [1] reddere?
Get. Scio equidem hoc esse aequom. *Ant.* Age ergo, solus servare hunc potes.
Get. Quid faciam? *Ant.* Invenias argentum. *Get.* Cupio: sed, id unde, edoce.
Ant. Pater adest hic. *Get.* Scio: sed quid tum? *Ant.* Ah, dictum sapienti sat est.
Get. Itane? *Ant.* Ita. *Get.* Sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?

Non

VARIANTES LECTIONES.

a quod opus est. *b* experiamur reddere.
1 experiamur.

Fedria, Antifone, e Geta.

Fed. CHe farò mai?
D' onde, misero me, potrò sì presto
Ritruovare il danaro per costui,
Io che ho meno di nulla? che se almanco
Avessimo ottenuto que' tre soli
Giorni di tempo; già mi era promesso...
Ant. Così noi dunque soffriremo, o Geta,
Che ogn' or costui si renda più infelice,
Che poco fa, conforme tu mi hai detto,
Ajutommi con tanta cortesìa?
E non piuttosto, or ch' egli ne ha bisogno,
Non c' industriam, l' avuto benefizio
Ristituirgli? Get. Io so, che questo è giusto.
Ant. Su dunque, che tu sai salvar lo puoi.
Get. Che dovrò fare? Ant. Ritruovar l' argento.
Get. Lo bramo: ma mi mostra ove trovarlo.
Ant. Mio padre è qui presente.
Get. Lo so: ma poi che ne avverrà da questo?
Ant. A buono intenditor poche parole.
Get. Così ne? Ant. Così certo. Get. In fede mia
Tu mi dai veramente un bel consiglio.

Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me hujus cauſſa quaerere in malo jubeas crucem.
Ant. Verum hic dicit. *Ph.* Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? *Get.* Haud puto:
Sed parumne eſt, omnibu' quod nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut nullus locu' relinquatur preci?
Ph. Alius ab oculis meis illam in ignotum [a] abducet locum? hem:
Dum igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. *Ant.* Quamobrem? aut quidnam facturus, cedo?
Ph. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,
Aut perire. *Get.* Dii bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.
Ant. Vide, ſiquid opis potes adferre huic. *Get.* Si quid? quid? *Ant.* Quaere obſecro,
Nequid plus minuſve faxit [b], quod nos poſt pigeat, Geta.
Get. Quaero: ſalvos eſt, ut opinor: verum enim metuo malum.
Ant. Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus:
Get. Quantum argenti opus eſt tibi? loquere. *Ph.* Solae triginta minae. *

Get. Tri-

VARIANTES LECTIONES

a hinc *in utroque Codice*. *b* faxis.

Ma tu ancor ci abbandoni, e te ne vai?
Se io da queſte nozze non mi tiro
Qualche gran male addoſſo, non trionfo,
Senza che tu per queſta cauſa ſteſſa
Mi forzi ad incontrar l' ultimo danno.
Ant. *E' dice il vero.* Fed. *E che? tu mi riguardi,*
Geta, come io foſſi uomo foraſtiero?
Get. *Non per certo. Ma dimmi è forſe poco,*
Che il vecchio irato ſia con tutti noi,
Se noi di più non l' aizziamo in modo,
Che non ci ſia più luogo alle preghiere?
Fed. *Intanto quella dalla viſta mia*
Altri torrammi, e condurralla ſeco
In qualche parte ignota. Or mentre dunque
Lice, e nel mentre che io vi ſon preſente,
Parlate meco, e guardatemi bene.
Ant. *Per qual ragione, o che vuoi far? favella.*
Fed. *In qualunque paeſe traſportata*
Sarò colei; io là ne andrò del certo,
O morirò tra via. Get. *Gli eterni dei*
Favoriſcano ſempre ogni tua impreſa;
Ma và con piè di piombo. Ant. *Vedi un poco,*
Se arrecar tu gli puoi ſoccorſo alcuno.
Get. *Soccorrerlo! e in che modo?* Ant. *Però penſaci*
Ti prego, acciocchè poſcia egli non faccia
Coſa tale, di cui ne abbiam rammarico.
Get. *La cerco: ed egli è in ſalvo a mio parere:*
Ma ſto con del timor di qualche male.
Ant. *Non temer: teco ſoffriremo inſieme*
Il bene, e il mal. Get. *Di quanto hai tu biſogno?*
Fed. *Di trenta mine ſole.* Get. *Trenta mine!*

Uh

NOTAE

* Talenti, Minarumque Terentianis in Comoediis frequens quum occurrat mentio, non injucundum fore arbitror legenti, nonnulla a me de hujuſce generis monetis diſſeri, quae tamen Joanni Jacobo Hofmanno, Budaeo, Moreto, Perizonioque accepta refero. Ac primo quidem de Talento Attico, Minaque graecorum agi, nemini ulli dubium eſſe poteſt, tum quod Romani primum aere gravi, mox ſextertiis, denariis, aureiſque nummis, ſeu numiſmatibus, minime vero Talentis uſi ſint; tum etiam, quod noſtras Comoedias Athenis agi certum ſit; ipſeque Terentius graecas Menandri, & Apollodori Comoedias ſe latinas feciſſe non uno in loco fateatur. Talentum praeterea minis, minas drachmis, oboliſque drachmas aeſtimari, eſt in comperto, ac demum drachmae denarium reſpondere, qui decem aſſibus conſtituebatur, pluribus in locis teſtatur Plutarchus: aſſerit tamen Joannes Fridericus Gronovius, ſi fiat diligens examen, ut libra a Mina, ſic drachmam a denario differre.

Denarius itaque & Drachma ſex obolos continebant: obolos autem capita una in parte, in altera vero navim ſigna impreſſa habuiſſe, teſtatur Macrobius *Saturn. Lib. I. cap. 7. Aes ita fuiſſe ſignatum, bodieque, intelligitur in alcae luſu, quum pueri denarios in ſublime jactantes capita aut navim exclamant*: Atque equidem hodiedum Romae hujuſmodi aleam pueris oblectamento eſſe, dignoſcimus.

Sed quum graeca Mina, romanaque libra pro eodem ſeu

pretio

Get. Triginta? hui, percara eſt Phaedria. *Ph.* Iſtaec vero vilis eſt.
Get. Age, age, inventas reddam. *Ph.* O lepidum caput. *Get.* Auſer te hinc. *Ph.* Jam opus eſt.
Get. Jam feres. ſed opu' eſt, mihi Phormionem adjutorem ad rem hanc dari.
Ant. Praeſto eſt. audaciſſime oneris quidvis impone, & feret:
Solus eſt homo amico amicus. *Get.* Eamus ergo ad eum ocyus.
Ph. Abi verò[a]: dic, praeſto ut ſit domi.
Ant. Numquid eſt, quod opera mea vobis opu' ſit? *Get.* Nil: verum abi domum, & Illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu, Conſolare. ceſſas? *Ant.* Nihil eſt, aeque quod faciam lubens.
Ph. Qua via iſtuc facies? *Get.* Dicam in itinere: modo te hinc amove.

VARIANTES LECTIONES

a Quae hic tribuuntur Phaedriae, deſunt in Codice, fortaſſe Scriptoris oſcitantia.

Uh Fedria, è trappo cara. Fed. *Anzi val poco.*
Get. *Oh via, tu l' averai.* Fed. *O uom di garbo.*
Get. *Ma levati di quì.* Fed. *Queſto danaro*
Adeſſo mi biſogna. Get. *Già l' avrai.*
Ma uopo è, che Formion mi dia di mano
In queſto affar. Ant. *Noi l' abbiam ſempre all' ordine,*
E qualunque gran peſo tu gli addoſſi,
Lo porterà ſenza timore alcuno:
Uom veramente amico dell' amico.
Get. *Andiamo dunque ſubito da lui.*
Fed. *Vanne e gli dì, ch' egli mi aſpetti in caſa.*
Ant. *Io vi debbo ſervire in coſa alcuna?*
Get. *In neſſuna: ma vanne a caſa, e quella*
Povera donna morta di timore
Conſola. e ancor non vai? Ant. *Coſa neſſuna*
E' che io far poſſa tanto volentieri.
Fed. *Ma dimmi per qual via mi ajuterai?*
Get. *Tel dirò per iſtrada: Or di quì parti.*

NOTAE

pretio ſeu pondere nummariis in ſummis apud graecos, latinoſque Scriptores uſurpetur; liceat referre, quae animadvertit Moretus in *Abaco Rationum*,, Nummi certo numero Drachmam, & Libram conſtituentes variis locis vario pondere fuerint, neceſſe „ eſt; tametſi pari numero in Drachma & Libra ferirentur. Cleopatras certe graecus grammaticus Libram graecam ait fuiſſe unciarum duodecim & ſemunciae: romanam vero duodecim omnino pependiſſe uncias, nemo neſcit. Eo fit, ut mina, quae eſt „ Libra graecorum, non potuerit cum romana Libra conſentire: „ quodque inde ſequitur, centum Drachmae Minam explentes non„ naginta ſex denariis Libram romanam implentibus non reſponderint in pondere: tametſi graeci, latinique Scriptores leve „ quatuor drachmarum diſcrimen morati minime ſint.„

Ex his itaque deducitur, graecorum Minam, Libramque romanorum non ejuſdem omninò fuiſſe ponderis, denariumque a drachma aliquantiſper differre, quod advertit laudatus Gronovius. Nec obeſt a Studioſis nummariae antiquitatis nummos quatuor argenteos, quos didrachmales vocant, (quaſi ſinguli nummi duabus drachmis conſtent,) argenti uncia aeſtimari, & comparari, juxta illud Rhemnii Fannii: *Uncia ſit drachmis bis quatuor*: praeter enim quam quod ſinguli didrachmales nummi duarum drachmarum pondus ſuperant; ipſa quoque antiquitas, & raritas, amor praeterea ac deſiderium illos acquirendi, pretii nonnihil habent. Duos didrachmales nummos hujuſmodi viſendos mihi praebuit in ſelectiſſimo ſuo Muſaeo humaniſſimus Ballerinus, quem honoris cauſſa ſemper nominatum volo. Caput Jani biſrontis inberbe & laureatum una in parte exhibent: In altera vero Jovem in citis Quadrigis, qui dextra tenet fulmen, laevaque veſtis laciniam cum Sceptro: & pone ipſum Victoria habenas equorum fraenans; in inferiori parte ROMA. Denarius ſi bigam *bigatum*, ſi quadrigam haberet, *quadrigatum* dictum fuiſſe docent Plinius *Nota argenti fuere Bigae, atque Quadrigae, & inde Bigati, Quadrigatique dicti*, & Feſtus *Nummi quadrigati, & bigati a figura caelaturae dicti*. Forma elegantiſſima, ſed in eo, qui figura quidem non autem pondere major eſt, ROMA inſcribitur preſſis intus caracteribus in morem Sigilli; quod Havercampus in Theſauro Morelliano duobus tantum in nummis conſularibus ſibi obſervare licuiſſe, aſſerit.

Denarius ergo ſex obolis vel decem aſſibus, drachma denario, Mina vero centum drachmis ſolebat aeſtimari: quod teſtatur laudatus Fannius:

Accipe praeterea patrio quam nomine Graji
Mnân vocitant, noſtrique Minam dixere priores:
Centum hae ſunt drachmae.

Quod fortaſſe Rollinio cauſſae fuit, ut aſſereret in Hiſtoria Perſarum & Graecorum, Minam quinquaginta gallicis libris conſtare; quod rectene ab eo prolatum ſit, non judico.

Hofmannus putat, ante Solonis tempora Minam fuiſſe vel majorem, centum ſcilicet drachmarum, vel minorem quinque & ſeptuaginta, a Solone vero centum drachmis Minas ſingulas fuiſſe conſtitutas: ratione autem metalli, vel auream vel argenteam: utramque tamen centum drachmis, ſeu quinquaginta aureis graecorum nummis, eiſque minoribus conſtitiſſe: additque Aeginaeam Minam majori fuiſſe ponderis, quae ſcilicet centum ſexaginta ſex drachmis, & quatuor obolis aeſtimabatur.

De Talento vide pauca infra pag. 135.

Ter. Phor. Fig. XIII

Act. IV. Scena I.

Dem. QUid? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum, Chremes,
Adduxtin' tecum filiam? *Chr.* Non. *Dem.* Quid ita non?
Chr. Poſtquam videt me ejus mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat aetas virginis
Meam neglegentiam: ipſam cum omni familia
Ad me eſſe profectam, ajebant. *Dem.* Quid illic tamdiu
Quaeſo igitur commorabare, ubi id audiveras?
Chr. Pol me detinuit morbus. *Dem.* Unde? aut qui? *Chr.* Rogas?
Senectus ipſa eſt morbus: ſed veniſſe eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat.
Dem. Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin' Chreme?

Chr. Quod

Demifone, e Cremete.

Dem. EBen, *Cremete, tu faceſti poi*
Quello, per cui ti trasferiſti a Lenno?
Riconduceſti teco la tua figlia?
Crem. *No.* Dem. *Perchè no!* Crem. *Perchè la madre ſua*
Mentre vede, che qui mi fermo troppo,
E vede, che l' etade della figlia
Soffrir non può la negligenza mia,
Qua, conforme dicevano, venuta
Se n' era, e ſeco la famiglia tutta
Avea condotta. Dem. *E tu ſentito queſto,*
Perchè fermarti là sì lungo tempo?
Crem. *Forza di malatia.* Dem. *E quale? e come?*
Crem. *Me lo domandi? La vecchiezza ſteſſa*
E' malatia. Ma che ſalve, e ſane
Sieno qua giunte, ho udito dal Nocchiero,
Che l' ha condotte. Dem. *Or ti è egli ſtato detto,*
Cremete, ciò, che nell' aſſenza mia
Avvenne al mio figliuol? Crem. *Coteſto fatto*

Mi

Chr. Quod quidem me factum consilii incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum [1] ordine est.
Te mihi fidelem esse aeque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreverit me, plus quam opus est scito, sciet:
Vereorque, ne uxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si sit, ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
Dem. Scio ita esse, & istaec mihi res solicitudini est [2]:
Neque defetiscar usque adeo experirier [a],
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

VARIANTES LECTIONES

a Neque adeo defitiscar umquam experirier,
1 mihi dicendum. 2 & ideo istaec res mihi solicitudini est.

Mi cava fuor di sesto: perchè se io
A un forestiero vorrò dar la figlia,
Bisognerà, che io gli racconti, come
L'ebbi, e da cui, e risapràssi il tutto;
Là dove di tua fede era io sicuro,
Quanto di me medesimo. Segreto
Il forestiero si starà, fintanto
Durerà l'amicizia infra di noi:
Ma se poi ci rompiamo, addio segreti.
Ed ho timor, che di questa faccenda
Non giunga alcun sentore alla mia moglie:
Lo che se avviene, a me non rimane altro,
Che assottigliar ben bene il mio cervello,
Pensare a' casi miei, e uscir di casa:
Perchè tra tutti i miei solo io son mio.
Dem. *Egli è così, ben sollo, ed emmi a cuore*
Cotesta cosa; e mai non stancherommi
Di tentar tutto, perchè al fin riesca
Quel tanto, che da me ti fu promesso.

Ter. Phor. *Fig. XIV.*

GETA
SERVUS

Act. IV. Scena II.

Get. EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem: venio ad hominem ut dicerem,
Argentum [1] opus esse, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quaerebat senem:
Diis gratias agebat, tempus sibi dari,
Ubi Phaedriae se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quam Antiphoni: hominem ad forum
Jussi opperiri: eo me esse adducturum senem.
Sed eccum [a]: quis est ulterior? at at at Phaedriae

Pater

VARIANTES LECTIONES

a Sed eccum ipsum *in utroque Codice.*

x Argento.

Geta.

Get. *NEssun vidi io di Formion più scaltro.*
Lo vado a ritruovar per raccontargli,
Come ci era bisogno dell' argento,
E quale strada si potea tenere,
Per farlo: ed oh! la bocca apersi appena,
Che già mi avea capito: ne godeva:
Mi dava lodi: cercava del vecchio:
Ringraziava gli dei, che finalmente
Fosse giunto quel tempo, ove egli a Fedria
Mostrasse l' amor suo del tutto eguale
A quello d' Antifon: dissi, che in piazza
E' mi aspettasse, che colà condotto
Il vecchio gli averei.
Ma eccolo. E chi è quegli più lontano?
Ah ah, il padre è di Fedria. Ed io animale

Di

Pater venit. quid [a] pertimui autem, bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi [b] dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde a primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiet, tum hunc adoriar hospitem.

VARIANTES LECTIONES

a Sed quid. *b* mihi *deest in Codice.*

Di che ho temuto? perchè in cambio di uno
Alle mie frodi si presentan due?
Certo che sempre tornerammi meglio
Avere due speranze, che una sola.
Io chiederollo a Demifone in prima,
Conforme ho cominciato: e se da lui
Mi è dato; ciò mi basta: se mel nega;
Attaccherò questo altro, che venuto
E' a noi di fresco.

NOTAE

Iis de Mina delibatis, quae praemisimus pag. 130. & 131., gradum ad Talentum facimus, animadvertendo, quum de Talento sine ullo addito a Scriptoribus graecis, latinisque mentio fit, de Attico esse intelligendum. Talentum itaque argenteum aliud, aliud aureum erat: hoc paucarum fuit drachmarum; illud Minarum vario pondere constitit: minus enim sexaginta, octoginta Minis majus fuit aestimatum. De minori sic Fannius:

Cecropium superest post haec docuisse Talentum,
Sexaginta Minas, seu vis, sex millia drachmas:
Quod summum doctis perlibetur pondus Athenis.

Errat autem, quum summum pondus appellat: de Talento enim majori seu octoginta Minarum celebris est mentio apud Livium Lib. XXXVIII. n. 38. in conditionibus pacis Antiocho Syriae Regi a Romanis imperatis: ARGENTI PROBI DUODECIM MILLIA ATTICA TALENTA DATO INTRA DUODECIM ANNOS PENSIONIBUS AEQUIS: TALENTUM NEMINUS PONDO OCTOGINTA ROMANIS PONDERIBUS PENDAT.

De Talento majori loquutum Pnormionem fuisse opinor *Ad. II. Sc. II.* Demiphonem ex industria arguentem, quod affinis nomen sit oblitus, quod ab eo pinguem haereditatem non acceperit; cujus quidem recordaretur, & avi quoque, atque atavi, si Stilpho *Talentum rem reliquisset decem*, Minarum scilicet octingentarum. Sed ut ea, quae de Talento, Mina, drachmaque hucusque diximus, facilius intelligantur, praestat Aldi Manutii Dissertatiunculam de Drachmis referre, quae legitur apud Sallengre *Novus Thesaurus Antiquitatum Romanarum Tom. I. pag.* 831.

„ Drachmarum atticarum duo genera fuere: unum ante Se„ lonem; alterum a Solone inductum, utrumque XCVI. drach„ marum in libra, sed pondere diversum: quia Solonis drach„ mae leviores antiquis quarta parte ipsarum antiquarum fuerunt: „ ut XCVI. Solonis drachmae non plus ponderis haberent quam „ LXXII. superiores. Quod ex Plutarcho etiam intelligitur: „ quanquam loquitur perplexe: ait enim centum drachmarum a „ Solone minam esse factam, quum antea LXIII. fuisset: quod „ si ita sentit, ut verba videntur ostendere, forsitan erravit: num„ quam enim variatus est in Mina drachmarum numerus, sed mu„ tatum in drachmis pondus, cum centenae semper in Mina fue„ rint. Hoc igitur aut significavit Plutarchus, aut significare de„ buit, centum drachmas a Solone percussas non plus habuisse „ ponderis, quam LXXV. superiores: quod idem erat, si dixis„ set, e drachmarum LXXV. veterum pondere novas centum a „ Solone factas: Sed quum ante Solonem Minam dixit fuisse „ drachmarum septuagintafex, aberrasse mihi videtur a vero: „ convenit enim inter omnes, numquam apud Athenienses, ac „ ne apud alias quidem gentes, drachmas in Mina fuisse pau„ciores centum. Etiam illud operae pretium est animadverti, „ quum dicimus, in Mina drachmas centum fuisse, drachmas „ quidem centum numero significari, sed pondere tantum no„ naginta sex: quum in eo pondere centum ferirentur, qua„ tuor centesimas lucrante officina: ita LXXII. pondere, nu„ mero erunt LXXV., & XLVIII. L., & XXIV. XXV. quum „ drachmam unam in XXV. officina lucretur, quae sunt duae in „ quinquaginta, & tres in septuaginta quinque, & quatuor in „ centum: quas modo centesimas quatuor appellavi.„

„ De hoc posteriore drachmarum genere a Solone inducto „ loquitur Livius *Lib. XXXIV.* quum ait, *in tetradrachmo dena„rios fere tres inesse*. Ex quo fit, ut, quum in Mina sint te„ tradrachma vigintiquinque numero, pondere autem vigintiqua„ tuor, id est drachmae centum numero, pondere autem nona„ginta sex, in eadem Mina sint denarii ter vigintiquinque nu„ mero, pondere autem vigintiquatuor, idest septuagintaquinque „ numero, pondere septuaginta duo. Nec vero, quia Livius addi„ dit *fere*, propterea quisquam dubitet: nam quum monetae pon„ dus paullulum nonnunquam & apud graecos, & apud roma„ nos imminui non ignoraret; ideo veritus, ne quando drach„ ma & denarius officinarum fraude non aequarentur, de incer„ ta re sibi plane affirmandum non putavit. Quum igitur & de„ narius & antiqua drachma aeque superarent Soloninam drach„ mam quarta utriusque parte, tertia vero Soloninae; patet, ejus„ dem esse ponderis denarium & antiquam drachmam, & ex eo „ sequi, ut septem antiquae drachmae in uncia romana feriantur „ aeque ac denarii: in uncia vero attica denarii octo aeque ac „ drachmae. Sed quoniam Solon, quum drachmae pondus mi„ nuit, id maxime sequutus est, ut debitores onere levaret aeris „ alieni; propterea drachmae pondus in moneta dumtaxat im„ minutum, in medicinis videtur idem remansisse, ut a denarii „ pondere nihil differret: ideo scripsit Plinius *Lib. XXI. cap.* ul„ timo: *Drachma attica denarii argentei habet pondus*: fere enim „ attica observatione medici utuntur. Quanquam non modo Pli„ nii aetate, sed multis ante annis, video drachmae pondus in „ moneta fuisse idem, quod ante Solonem fuerat, id est idem „ cum denarii pondere: quod intelligere facile est: quum & Var„ro apud Plinium, & Festus, & Pollux Talentum aestimeut „ sex millibus denarium: qua aestimatione denarium drachmae res„ pondere perspicuum est. Ut igitur drachma, sic Mina, & talen„ tum mutatum est. Minam vero vel antiquam vel a Solone indu„ ctam, nequis putet librae romanae aequalem pondere fuisse: „ nam antiqua gravior fuit quam libra, Solonina vero latior. Pro„ bemus utrumque.„

„ In Solonis Mina denarios tantum fuisse LXII., quum de „ tetradrachmo ageremus, ostendimus: at in libra romana dena„rios XXCIV. Plinius & Celsus ponunt: sunt igitur in libra „ romana duodecim denarii plures quam in Mina Solonina: quod „ idem est ac si dicas: Libra superat pondere Minam soloninam „ septima sui parte, sexta Soloninae &c.

Ant. Ex-

Ter. Phor. Fig. XV.

Act. IV. Scena III.

Ant. EXpecto, quam mox recipiat sese Geta.
Sed patruum video cum patre adstantem. hei mihi,
Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem.
Get. Adibo hosce: o noster Chremes? *Chr.* Salve Geta.
Get. Venire salvom volupe est. *Chr.* Credo. *Get.* Quid agitur?
Chr. Multa advenienti, ut fit, nova, hic compluria.
Get. Ita de Antiphone audistin' quae facta? *Chr.* Omnia.
Get. Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri. *Dem.* Id cum hoc agebam commodum.
Get. Nam hercle ego quoque id ' agitans mecum sedulo,

Inveni

VARIANTES LECTIONES

1 id quidem.

Antifone, Geta, Cremete,
e Demifone.

Ant. *ASpetto, che qui Geta*
Omai ſen venga. Ma veggio io mio padre
Che inſieme ſi trattien col ſuo fratello.
Ah queſta ſua venuta
Chi ſa in qual parte ſpingerà mio padre!
Get. *Andronne a loro. O mio Cremete?* Crem. *O Geta?*
Io ti do il ben trovato. Get. *Ed io ho piacere*
Di tua ſalvezza. Crem. *Il credo.* Get. *Or dimmi un poco,*
E che ſi fa? Crem. *Conforme avvenir ſuole*
A chi ritorna, molte coſe, e molte
Qui di nuovo ho trovate. Get. *D' Antifone*
Dunque l' iſtoria tutta hai tu ſentita?
Crem. *Tutta.* Get. *Ed a queſti l' hai forſe narrata?*
Opra indegna per certo, o mio Cremete,
L' eſſere raggirati in forma tale.
Dem. *Di queſto appunto ſi parlava adeſſo.*
Get. *Io pur penſava ſeriamente a queſto;*

E ſe

Inveni, opinor [1], remedium huic rei. *Dem.* Quid Geta?
Quod remedium? *Get.* Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. *Chr.* Qui Phormio? *Get.* Is, qui istanc. *Chr.* Scio.
Get. Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos sic haec potius cum bona
Ut componantur [a] gratia, quam cum mala?
Heru' liberalis est, & fugitans litium:
Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret.
Ant. Quid hic coeptat? aut quo evadet hodie? *Get.* An legibus
Daturum poenas dices, si illam ejecerit?
Jam id exploratum est. eja, sudabis satis,
Si cum illo incoeptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone, esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis ejus agitur, sed pecuniae.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc hic, inquam, eho, dic, quid [2] vis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus,
Haec hinc faceſſat, tu molestus ne sies?
Ant. Satin' illi dii sunt propitii? *Get.* Nam sat scio,
Si tu

VARIANTES LECTIONES

a Ut componamus.
1 ut opinor. 2 velis.

E se non erro rimediar si puote.
Dem. *Che dì tu, Geta? e come rimediarvi?*
Get. *Appena ti lasciai, che eccoti incontro*
Mi vien Formion. Dem. *Qual Formion?*
Get. *Quegli,*
Che questa .... Crem. *Lo so ben.* Get. *Mi venne in capo*
Di scoprir, quale fosse la sua mente:
Lo prendo a solo a solo, e sì gli dico:
Perchè, Formion, non dai tu di mano,
Onde si aggiusti con piacer comune
Questo affar non con rabbia, e con dispetto?
Il mio padrone è largo, e non vuol liti;
Sebben gli amici suoi volesser tutti,
Ch' e' la cacciasse fuora di sua casa.
Ant. *Che arzigogola or questi? e dove mai*
Vuol egli riuscire?
Get. *Forse ti credi tu, s' e' cacceralla,*
Che dalle leggi ne sarà punito?
Già questo si può fare: Oh te ne andrai
Tutto in sudor, se te la vai pigliando
Con un tale uomo, e di tanta eloquenza.
Ma voglio, che tu il vinca. Alla fin fine
Non si tratta di vita;
Ma è cosa, che si aggiusta con denaro.
Mentre così ragiono, e che lo vedo
Imbietolito dalle mie parole;
Eccoci quì, gli dico testa testa;
Che ti ho da dar, perchè il padron si tolga
Da queste liti, e colei se ne vada,
E tu più non ci annoi? Ant. *Ah che costui*
Ha perduto il cervello. Get. *Io so di certo,*

Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,
Ut ille eſt bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. *Dem.* Quis te iſtaec juſſit loqui?
Chr. Immo non potuit melius pervenirier
Eo, quo nos volumus. *Ant.* Occidi. *Chr.* Perge eloqui.
Get. At primo homo inſanibat. [1] *Chr.* Cedo, quid poſtulat?
Get. Quid? nimium: quantum lubuit. *Chr.* Dic. *Get.* Si quis daret [a]
* Talentum magnum. *Chr.* Immo malum hercle: ut nil pudet.
Get. Quod dixi adeo ei; quaeſo, quid ſi filiam
Suam unicam locaret? parvi rettulit,
Non ſuſcepiſſe: inventa eſt, quae dotem petat.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;
Haec denique ejus fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, [b] jam a principio amici filiam,
Ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eju' incommodum;
In ſervitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum, quae afferret, qui diſſolverem,

Quae

VARIANTES LECTIONES

[a] ei daret [b] jam *deeſt in Codice*.

[1] *quae ſequuntur in Codice tribuuntur Demiphoni.*

Che ſe gli proporrai tu qualche coſa,
Che abbia un poco di oneſto, e inſiem di utile,
Eſſer lui sì buon uomo, che tra voi
Oggi non ci ſarà mezza parola.
Dem. *E chi ti fè parlare in queſto modo?*
Get. *Anzi giunger colà non potei meglio,*
Dove da noi ſi vuol. Ant. *Sono ſpacciato.*
Crem. *Seguita il tuo diſcorſo.* Get. *In quelle prime*
Egli dava in pazzie. Crem. *Dì, che domanda?*
Get. *Che domanda egli? aſſai; quanto gli piacque.*
Crem. *Pure?* Get. *Se gli ſi deſſe un gran talento.*
Crem. *Anzi un gran male. E non ſe ne vergogna?*
Get. *Io pur gli diſſi la medeſma coſa.*
E che potria far egli d' avvantaggio,
Se maritaſſe un' unica ſua figlia?
O qual dal non avere avuto figlie
Util ritragge, ſe dotare e' debbe
Una non ſua, ma ritrovata a caſo?
A farla corta, e per laſciar da parte
Tante ſue leggierezze; queſta in fine
La ſomma fu del ſuo ragionamento.
Io, mi diſſe egli, inſin dal bel principio
Volea ſpoſar la figlia dell' amico,
Come era di dover, che ben ſapea
La ſua miſeria, e che una donna povera
Si dà per ſerva, e non per moglie al ricco.
Ma per dirtela ſchietta, avea biſogno,
Ch' ella mi deſſe qualche coſerella

Per

NOTAE

* Quae hic de Talento magno fit mentio, ea videtur confirmare, quae paulo ante diximus de Talento maiori, quod ſcilicet octoginta conſtituebatur Minis. Fruſtra enim Geta *magnum* adderet, ſi unius dumtaxat ſpeciei atticum Talentum fuiſſet: niſi tameu cuiquam libeat potius credere, ſermonem hic eſſe de Talento argenteo, quod multo pluris, quam aureum, diximus aeſtimari.

Quae debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quae sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc uxorem dari.
Ant. Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem an imprudentem, incertu' sum.
Dem. Quid si animam debet? *Get.* Ager oppositu' est pignori ob
Decem minas, inquit. *Dem.* Age age, jam ducat. dabo.
Get. Aediculae item sunt ob decem alias. *Dem.* Hoi hui!
Nimium est. *Chr.* Ne clama: petito hasce a me decem.
Get. Uxori emunda ancillula: tum [1] plusc̃ula
Supellectile opus est: opu' sumptu ad nuptias:
His rebus pone sane, inquit, decem minas.
Dem. Sexcentas proin potius scribito jam mihi dicas:
Nil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?
Chr. Quaeso, ego dabo, quiesce: tu modo filius
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. *Ant.* Hei mihi!
Geta, occidisti me tuis sallaciis.
Chr. Mea caussa ejicitur: me hoc est aequom amittere.
Get. Quantum potest, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus siem:
Nam illi mihi dotem jam constituerunt dare.

Jam

VARIANTES LECTIONES

1 tum autem.

Per sdebitarmi: e parimente adesso,
Se Demifon vorrà darmi altrettanto,
Quanto mi dà quest' altra, che ho sposata,
Qual' altra in moglie io bramo più di lei?
Ant. *Io non so se costui così si adopri*
Per isciocchezza, o vero per malizia,
O se per senno, o ver per imprudenza.
Dem. *E se egli avesse in debito la vita?*
Get. *Egli ha, dice, impegnato un suo Podere*
Per dieci mine. Dem. *Via su se le prenda,*
Glie le darò. Get. *E per dieci altre ancora*
Certe picciole case. Dem. *Obi, ubi, la cosa*
Sen va in su troppo. Crem. *Oh via, non strepitare;*
Tu queste dieci mettile a mio conto.
Get. *Bisogna pur comprare alla mogliera*
Una servetta: inoltre per la casa
Abbisognano cento coserelle,
E ci vuol della spesa per le nozze.
Ora per tutto questo io faccio il computo,
Che ci vorranno almen dieci altre mine.
Dem. *Piuttosto mi appicchi e' seicento accuse:*
Non gli vo' dare un ette: furfantaccio!
Di più vuole uccellarmi? Crem. *Oh via tiacheta;*
Gli darò tutto. Or vedi tu, che il figlio
Si prenda quella, che bramiamo noi.
Ant. *Geta, mi hai morto co' tuoi raggiri.*
Crem. *Io la faccio cacciar fuora di casa;*
Ond' è giusto, che io perda quel che perdo.
Get. *Fammi saper, soggiunse, quanto prima,*
Se mi dan quella, onde io licenzj questa,
Ne stia sull' incertezza: già son pronti
I denari per dote di quell' altra.

Chr. Jam accipiat: illis repudium renunciet: *
Hanc ducat. *Dem.* Quae quidem illi res vortat male.
Chr. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia:
Id sumam: uxori, tibi opus esse, dixero.

Crem. *Avrà ciò ch' egli vuol: ripudj quella;*
Si prenda questa. Dem. *Ed e' sia col malanno,*
Che Dio gli dia. Crem. *Oh come meco a tempo*
I denari portai, che mi fruttaro,
Quando era in Lenno, i campi della moglie;
A te darogli, e dirò ad essa poi,
Che a te gli diedi per un tuo bisogno.

NOTAE

* Licet non semel vel apud primae notae Scriptores Divortium, & Repudium sine ullo discrimine soleant usurpari, si castigatius tamen loqui velimus, repudium eos dumtaxat respicit, qui nuncium Sponsae remittunt, eos vero divortium, qui ab uxore divertuntur: quod ex Formulis patet, quae in alterutro casu usui Romanis erant. In repudio enim vir Sponsae sic nunciabat: CONDITIONE TUA NON UTAR *L. 2. ff. de Divort.*, quod de ea, quacum vir usum habuit, dici minime potest. Formula vero Divortii haec erat: ALIQUIS VESTRUM NUNTIET N. UT RES SUAS PROCURET: AEDIBUS FACESSAT: atque huc spectant illa Juvenalis Satyra VI. *Collige Sarcinulas, Libertus dixit, & exi.* Quare maritus vel praesens eam expellebat domo, vel per nuncium absenti libellum mittebat, quo legitimae dimittendi causae exprimebantur. Dimittendae demum uxoris impudicae formula erat: QUIA FIDEM SCELERE VIOLASTI, ET COMMUNEM AMICITIAM, RES TUAS OCYUS TOLLE, ET ALIUM LOCUM, QUEM POLLUAS, QUAERE. Praeterea divertenti uxori claves adimebantur, quae in mariti domum intranti traditae fuerant, tamquam dominii in Familiam, & fidei erga conjugem argumentum, quod exprimitur his XII. Tabularum verbis: RES SUAS SIBI HABETO, CLAVES ADIMITO, FORAS EJICITO.

In Repudio vero mulctabatur, qui causam praebuerat: Si Sponsa, arrhas in duplum reddere debebat; si Sponsus, non repetebat *L. pen. C. de Sponsalibus.* In id quoque, quod intererat, condemnationem fieri docet Gellius IV. 4. *Si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui stipulabatur, exspectare agebat: judices cognoscebant: judex, quamobrem data, acceptave non esset uxor, quaerebat: si nihil justae causae videbatur, litem pecunia aestimabat; quantique interfuerat, eam uxorem accipi, aut dari, eum qui spoponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat.* Si neuter causam praebuisset, ut ait Antonius Hotmanus *de Vet. Ritu nuptiarum cap. XII.* puta si mors intercessisset, poena quaelibet cessabat, Sponsusque partem tantum largitatum, quae Sponsalitiae appellari solent, repetebat *L. si a Sponso C. de Donat. ante nuptias.* Arrhas enim quasdam, addit Hotmanus, ante nuptias interveniisse, quae aut Sponsae dabantur, aut apud Proxenetas deponebantur *C. de Sponsal. & Arrhis Sponsal. & proxenet.* Arrhae autem nomine anulum quoque venisse, docet Juvenalis Satyr. VI.

Et digito pignus fortasse dedisti.

Hujusmodi vero anulum ferreum aetate sua fuisse, refert Plinius *Lib. XXXIII. cap. I. Qui legationem acceperant, aureo anulo tantum utebantur, intra domos ferreis: quo argumento etiam nunc Sponsae anulus ferreus mittitur, isque sine gemma.* Praestat praeterea eodem Hotmano duce referre, quae narrat Capitolinus de Arrhis a Maximino juniore Sponsae Fadillae datis „ Desponsa illi „ erat, *inquit*, Junia Fadilla prorepti Antonini, quam postea „ accepit Toxotius ejusdem Familiae Senator. Manserunt autem „ apud eam arrhae regiae, quae tales fuerunt: monolium de al„ bis novem, reticulum de prasinis decem, dextrocherium cum „ chastula de hyacinthis quatuor, praeter vestes auratas & omnes „ regias, ceteraque insignia Sponsaliorum. „ Decesserant siquidem felicia illa Reipublicae tempora, quibus Persarum luxus & mollities Romanorum mores nondum corruperat, Matronaeque laneis, lineisque contentae vestibus honesta liberorum educatione gloriabantur.

Distinctionem itaque Repudium inter & Divortium, quam dedimus, confirmant haec Chremetis verba

Illi repudium renunciet:

Agebatur siquidem de Sponsa, a qua dos Phormioni supponebatur constituta; & cui *Repudium* renunciari Chremes jubet, ut Phanium ducat in uxorem, constitutis ei triginta Minis; quas tamen Phormio Phaedriae tradendas statuerat pro emenda Citharistria.

Ant. Geta

Ter. Phor. Fig. XVI.

Act. IV. Scena IV.

Ant. GEta. *Get.* Hem. *Ant.* Quid egisti? *Get.* Emunxi argento ſenes.
Ant. Satin' eſt id? *Get.* Neſcio hercle: tantum juſſu' ſum.
Ant. Eho, verbero: aliud mihi reſpondes, ac rogo?
Get. Quid ergo narras? *Ant.* Quid ego narrem? opera tua ad
Reſtim mihi quidem res rediit planiſſume.
Ut te quidem omnes dii, deaeque, ſuperi, inferi
Malis exemplis perdant. hem, ſi quid velis,
Huic mandes, qui [a] te [b] ad ſcopulum e tranquillo inferat.
Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? injecta eſt ſpes patri,

Poſſe

VARIANTES LECTIONES

a quod quidem curatum velis. —— Quid minus &c.
b quod quidem recte curatum velis. Quid minus &c.

Antifone, e Geta.

Ant. GEta? Get. *Chi vuolmi?* Ant. *E che hai tu fatto mai?*
Get. *Smunta ho la borſa a' Vecchi.* Ant. *e queſto baſta?*
Get. *Non ſollo affè: ma tanto mi fu impoſto.*
Ant. *Olà carne da nerbo; ti richiedo*
Di una coſa, ed un' altra mi riſpondi?
Get. *Dunque che mi dì tu?* Ant. *Quel che ti dico!*
Che il mio affare hai maneggiato in modo,
Che a bella poſta mi poſſo impiccare.
Ah che i numi del Cielo, e dell' Inferno
Per eſempio degli altri ti ſprofondino.
Or ecco a chi vuole, un uom di garbo
Da fidarſene in coſa di premura,
Che a queto mar ti butteria ne' ſcogli.
Ed oh che inutil mai coſa fu quella
Di toccar queſta piaga, e fare udire
Il nome di mogliera, e per tal via
Por mio padre in ſperanza di cacciarla

Fuo-

Poſſe illam extrudi: cedo, nunc porro Phormio
Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum;
Quid fiet? *Get.* Enim non ducet[a]. *Ant.* Novi: caeterum
Cum argentum repetent, noſtra cauſſa ſcilicet
In nervom potius ibit. *Get.* Nihil eſt, Antipho,
Quin male narrando poſſit depravarier.
Tu id, quod boni eſt, excerpis: dicis, quod mali eſt.
Audi nunc contra jam. ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor, ut ais. concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt[1]:
Inde iſte reddet. *Ant.* Quam ob rem? aut quid dicet? *Get.* Rogas?
Quot res? poſtilla monſtra evenerunt mihi:
Introiit in aedes ater alienus canis:
Anguis per impluvium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Haruſpex vetuit ante brumam aliquid novi
Negoti incipere; quae cauſſa eſt juſtiſſima.
Haec fient. *Ant.* Ut modo fiant. *Get.* Fient: me vide.
Pater exit. abi, dic, eſſe argentum, Phaedriae.

VARIANTES LECTIONES

[a] Non enim ducet *in utroque Codice*.

[1] argentum dabunt; Id ille iſtis reddet.

Fuori di caſa! Or dimmi, Formione,
Se prenderà la dote, in caſo tale
Dovrà condurſi la Conſorte a caſa;
E allor che farem noi? Get. *Non condurralla.*
Ant. *Lo ſo: ma quando rivorran l' argento,*
Io creder voglio, che per cauſa noſtra
Laſceraſſi legare. Get. *Odi, Antifone,*
Qualunque coſa raccontata male,
Per buona che ſi fia, divien cattiva.
Ci vorrà pure in preparar le nozze,
Per far gl' inviti, e fare i Sagrifizj,
Qualche poco di tempo: in queſto mentre
Daran gli amici il promeſſo denaro,
E quegli a queſti allor darallo. Ant. *Ed egli*
Dirà per qual motivo, ed a che fine?
Get. *Mi chiedi tu quel ch' e' farà per dire?*
Oh quante ne può dire. In primo luogo
Che avuti ha per le nozze infauſti augurj:
Che entrò in ſua caſa un cane foreſtiero
Di negro pel: che giù per la grondaja
Cadde ſtriſciando gli embrici una ſerpe:
Che cantò la gallina: che interdetto
E' fu dall' Indovino: che l' Aruſpice
Nulla vuol, che faccia e' prima del verno.
La qual coſa è giuſtiſſima: e faranci
Queſte coſe ſicur. Ant. *Purchè ſi facciano.*
Get. *Faranſi: in me ripoſa: ecco tuo padre,*
Ch' eſce di caſa; và, ritrova Fedria,
E digli, che i denari ſon trovati.

Dem. Quie-

Ter. Phor. Fig. XVII.

Act. IV. Scena V.

Dem. QUietus esto, inquam: ego curabo, ne quid verborum duit.
Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testes adhibeam:
Cui dem [1], & quam ob rem dem, commemorabo. *Chr.* Ut cautus est,
ubi nil opu' est.
Chr. Atqui ita opus est facto: at [a] matura, dum lubido eadem haec manet.
Nam si altera illa [b] magis instabit, forsitan nos rejiciat.
Get. Rem ipsam putasti. *Dem.* Duc me ad eum ergo. *Get.* Non moror [2]. *Chr.* Ubi
hoc egeris,
Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc prius, quam hinc abit [3]:
Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat:

VARIANTES LECTIONES

a et *b* illaec.
1 Cum dem. 2 Num moror? 3 abeat.

Demifone, Geta, e Cremete.

Dem. *TI dico, che sfii queto: averò io*
Tutto il pensier, che non ci dian parole,
Ne questo argento mi uscirà di mano,
Che non ci sieno alcuni testimoni,
Che vedano a chi dello, e dica loro
La cagione, per cui da me vien dato.
Get. *O come è accorto, dove non bisogna!*
Crem. *Questo è quel, che ha da farsi: ma tu sbrigati,*
Finchè l' amor gli dura; che se l' altra
Farà forza maggior, non ci ribbutti
Allor. Get. *Ben pensi.* Dem. *Andiamo pure.*
Get. *Andiamo.*
Crem. *Fatto questo, n' andrai dalla mia moglie,*
Acciocchè venga a ritrovar costei,
Prima ch' ella da voi faccia partenza,
E che le dica, che non si abbia a male,
Se a Formion la diamo per mogliera;

Che

Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior:
Nos nostro officio nihil [a] egressos esse: quantum is voluerit,
Datum esse dotis. *Dem.* Quid, malum, tua id refert? *Chr.* Magni, Demipho.
Dem. Non sat [b], tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?
Chr. Volo ipsius quoque voluntate hoc [c] fieri, ne se ejectam putet:
Dem. Idem ego istuc facere possum. *Chr.* Mulier mulieri magis congruet [d].
Dem. Rogabo. *Chr.* Ubi illas ego nunc reperire possim, cogito.

VARIANTES LECTIONES

a non digressos. *b* Non satis est *c* haec *in utroque Codice.* *d* convenit.

Ch' essendole assai noto, e familiare,
Lo credemmo per lei più a proposito;
E che fatto abbiam noi dal canto nostro
Ciò, che noi dovevamo, e quella dote
Data le abbiamo, che ci fu richiesta.
Dem. O *Diavol! questa cosa e che t' importa?*
Crem. *Di molto, Demifone.*
Dem. *Non ti basta aver fatto il tuo dovere,*
Senza che il debba confermar la fama?
Crem. *Lo voglio far di suo consenso ancora,*
Acciò non creda, che l' abbiam scacciata.
Dem. *Cotesto stesso lo posso far io.*
Crem. *No, che sta meglio, che una donna all' altra*
Faccia tali rapporti. Dem. *Andrò a pregarla.*
Crem. *Or penso, dove le potrò trovare.*

Dom. Miserotti scalp.

Soph. Quid

Ter. Phor. Fig XVIII.



Act. V. Scena I.

Soph. QUid agam? quem amicum inveniam mihi misera? aut cui consilia[a]
Haec referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? nam vereor,
Hera ne ob meum suasum indigne injuria afficiatur:
Ita patrem adolescentis facta haec tolerare audio violenter.
Chr. Nam quae haec est anus exanimata, a fratre quae egressa est meo?
Soph. Quod ut facerem, me egestas impulit; cum scirem infirmas
Hasce esse nuptias: ut id consulerem, interea vita

Ut

VARIANTES LECTIONES

[a] *Nonnulla hic corrigenda ex Codice occurrunt. Sed quum ibi diversa quoque non parum sit Carminum distributio, ponenda, prout in Codice eodem leguntur, censui.*
Soph. Quid agam? quem mihi amicum inveniam misera? aut quo consilia haec
Referam, aut unde auxilium petam?
Nam vereor, hera ne ob meum suasum indigne injuria adficiatur:
Ita patrem adulescentis facta haec tolerare audio violenter.
Chr. Nam quae haec anus est, exanimata a fratre quae egressa st meo?
Soph. Quod ut facerem egestas me impulit, cum scirem infirmas nuptias
Hasce esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret.

Sofrona, e Cremete.

Sof. CHe farò me tapina; e quale amico
Ritroverommi? o a cui potrò fidare
Questi nostri andamenti; o da chi mai
Impetrerò soccorso? che ho timore,
Che alla padrona mia non venga fatta
Per mia cagion qualche solenne ingiuria:
Perchè è voce, che il padre di Antifone

Soffra con violenza un fatto tale.
Crem. *Ma chi è quella vecchia spaventata,*
Che del fratello mio esce or di casa?
Sof. *La sola povertà m' indusse a fare*
Quello, che ho fatto: che sebben sapea,
Che queste nozze non eran sicure,
Nulladimen le persuasi a lei
A solo oggetto di poter campare.

Ut in tuto foret. *Chr.* Certe aedepol, nisi me animus fallit,
Aut parum prospiciunt oculi, meae nutricem gnatae video.
Soph. Neque ille investigatur. *Chr.* Quid ago? *Soph.* Qui est ejus pater.
Chr. Adeon',
An maneo, dum ea quae loquitur, magis [1] cognosco? *Soph.* Quod si eum nunc
Reperire possim, nihil est, quod verear. *Chr.* Ea ipsa est: conloquar.
Soph. Quis hic loquitur? *Chr.* Sophrona. *Soph.* Et meum nomen nominat? *Chr.* Ad me respice.
Soph. Dii obsecro vos, est ne hic Stilpho? *Chr.* Non. *Soph.* Negas?
Chr. Concede hinc paululum a foribus istorsum sodes, Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. *Soph.* Quid? non is obsecro es,
Quem semper te esse dictitasti? *Chr.* 'St. *Soph.* Quid has metuis fores?
Chr. Conclusam hic habeo uxorem saevam: verum isthoc me nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.
Soph. Istoc pol nos te hic invenire miserae nunquam potuimus.
Chr. Eho, dic mihi: quid rei tibi est cum familia hac, unde exis? aut ubi
Illae sunt? *Soph.* Miseram me. *Chr.* Hem! quid est? vivuntne? *Soph.* Vivit gnata, Matrem

VARIANTES LECTIONES

Chr. Certe aedepol, nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi,
Meae nutricem gnatae video. *Soph.* Neque ille investigatur. *Chr.* Quid ago?
Soph. Qui est ejus pater? *Chr.* Adeon maneo, dum haec, quae loquitor
Magis cognosco?
Soph. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est, quod verear. *Chr.* Ea si ipsa.
Conloquar. *Soph.* Quis hic loquitur? *Chr.* Sophrona. *Soph.* Et meum nomen nominat?
Chr. Respice ad me. *Soph.* Di, obsecro vos, estne hic Stilpho? *Chr.* Non. *Soph.* Negas?

1 cognoscam?

Crem. *Se io non m' inganno, o l' occhio non mi burla,*
Quella è la Balia della mia figliuola.
Sof. *Ne quegli si rintraccia.* Crem. *Che fo io?*
Sof. *Che è il suo padre.* Crem. *L' abbordo, ovver mi fermo*
Per più chiaro capir ciò ch' ella dice?
Sof. *Che se ritrovo lui, sono contenta,*
E fuor d' ogni timore. Crem. *Al certo è dessa:*
Io voglio parlar seco. Sof. *In questo luogo*
Chi favella? Crem. *Sofrona.* Sof. *E sa il mio nome!*
Crem. *A me ti volgi.* Sof. *O Dei vi prego, questi*
Non è Stilfone? Crem. *Egli non è.* Sof. *Lo neghi!*
Crem. *Sofrona, ti slontana per un poco*
Da cotesto uscio, ed a me ti avvicina.
Omai più non chiamarmi con tal nome.
Sof. *Che? Dimmi, forse non sei più quel desso,*
Che ci dicesti ogn' ora essere stato?
Crem. *Zi....* Sof. *Ma qual timore hai tu di*
questo uscio?
Crem. *Chiusa ci tengo la mia fiera moglie:*
Del resto io vi nascosi il vero nome
Per timore, che un dì per imprudenza
Non vi usciste di bocca, e una di due
Non venisse a scuoprir tutto l' intrigo.
Sof. *E questa senza fallo*
La cagion fu, che mai non ti trovammo.
Crem. *Or dimmi un poco, che cosa hai da fare*
In quella casa, onde ti ho visto uscire?
E dove si stan quelle? Sof. *Ah me infelice!*
Crem. *Ahimè! che dici tu? sono esse vive?*

Sof. *La*

Matrem ipsam ex aegritudine miseram mors consequuta est.
Chr. Male factum. *Soph.* Ego autem, quae essem anus deserta, egens, ignota,
Ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti,
Harum qui est dominus aedium. *Chr.* Antiphoni ne? *Soph.* Hem, isti ipsi. *Chr.* Quid?
Duasne is uxores habet? *Soph.* Au obsecro, unam ille quidem hanc solam.
Chr. Quid illa altera [a], quae dicitur cognata? *Soph.* Haec ergo est. *Chr.* Quid ais?
Soph. Compositum est factum, quo modo hanc amans habere posset
Sine dote. *Chr.* Dii vostram fidem! quam saepe forte temere
Eveniunt, quae non audeas optare! offendi adveniens,
Quicum volebam, atque ut volebam, conlocatam filiam [b].
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine nostra cura maxuma, sua cura haec sola fecit [1].
Soph. Nunc quid facto est opus vide. pater adolescentis venit,
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre, ajunt. *Chr.* Nihil pericli est.
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, cave resciscat quisquam.
Soph. Nemo ex me scibit. *Chr.* Sequere me: intus caetera audies.

VARIANTES LECTIONES

a Quid illam alteram. *Concordant Codices.* *b* Quocum volebam & ut volebam, conlocatam amari.
1 Sine nostra cura haec sola fecit.

Sof. *La figlia è viva: ma l' afflitta madre*
Di puro affanno ci lasciò morendo.
Crem. *O caso doloroso!* Sof. *Io me veggendo*
Oltre cogli anni, abbandonata, e povera,
E a tutti ignota, al meglio, che potei
Maritai la fanciulla a un giovanotto
Padron di questa casa. Crem. *Ad Antifone?*
Sof. *Sì sì appunto a cotesto.* Crem. *Che mi dici!*
Avrà forse due mogli? Sof. *Ah te ne prego,*
E' certamente altra non ha che questa.
Crem. *E quell' altra, che è detta sua parente?*
Sof. *E' dunque questa.* Crem. *Che mi narri?*
Sof. *Ascolta;*
Ogni cosa si è fatta di concerto,
Perchè possa costui, che tanto l' ama,
Averla senza dote. Crem. *Eterni dei,*
La vostra fede imploro. Quante volte
Quello a caso si ottien, che non si avrebbe
Ne pure avuto ardire di bramare!
Al mio ritorno trovato ho la figlia
Sposata a quel, che io volli, e come io volli;
E quello, che noi due congiunti insieme
Duravamo grandissima fatica,
Acciocchè riuscisse, costei sola
A forza della sua gran diligenza,
Ne lo pensando noi, condotto ha a fine.
Sof. *Or vedi tu quel che far si convenga:*
Egli è venuto il padre dello Sposo;
E dicono, che sia sdegnato al sommo
Per questo matrimonio. Crem. *Stà sicura:*
Ma per gli dei ti prego, e ancor per gli uomini,
Che badi bene, che nessun giammai
Risappia, esser costei figliuola mia.
Sof. *Dalla mia bocca alcuno non saprallo.*
Crem. *Seguimi: il resto narrerotti in casa.*

Act. V. Scena II.

Dem. NOs [a] noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus, & benignos:
Ita fugias, ne praeter caſam, ajunt [b]. nonne id ſatis erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum eſt ultro objectum,
Ut ſit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Get. Planiſſume. *Dem.* His nunc praemium eſt, qui recta prava faciunt.
Get. Veriſſime. *Dem.* Ut ſtultiſſime quidem illi rem geſſerimus.
Get. Modo ut hoc conſilio poſſiet diſcedi, ut iſtam ducat.
Dem. Etiamne id dubium eſt? *Get.* Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet animum.
Dem. Hem,

VARIANTES LECTIONES

a Nos *deeſt*. *b* quod ajunt *in utroque Codice*.

Demifone, e Geta.

Dem. *PEr noſtra colpa avvien, che torni bene*
All' uom cattivo l' eſſere cattivo,
Mentre affettiamo di eſſer nominati
Oneſti, e liberali. Fuggi in modo,
Si ſuol dir, che non pera mai di viſta
La caſa tua. Ricever da colui
Un grave affronto non potea baſtare,
Che l' argento di più gli ſi offeriſce,
Acciocchè viva, e acciò commetter poſſa
Dell' altre furberie? Get. *Egli è certiſſimo.*
Dem. *Or queſto è il premio di color, che fanno*
Le coſe dritte divenir oblique.
Get. *Pur troppo è ver.* Dem. *Colla ſloltezza noſtra*
Come bene aggiuſtammo i fatti ſuoi!
Get. *Purchè per queſta via poſſiamo uſcirne,*
E ch' e' ſi abbia coſtei. Dem. *E ancor di queſto*
Egli ci è dubbio? Get. *Io non ſo già, per dio,*
Che uomo ſi ſia coſtui, e ſe ſi muti
Di animo facilmente. Dem. *Oh che ti penſi,*

Che

Dem. Hem, mutet autem? *Get.* Neſcio: verum, ſi forte, dico.
Dem. Ita faciam, ut frater cenſuit: ut uxorem huc ejus adducam,
Cum iſta ut loquatur: tu abi, Geta, praenuncia hanc venturam.
Get. Argentum inventum eſt Phaedriae: de jurgio ſiletur:
Proviſum eſt, ne [a] in praeſentia haec hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto haeſitas: vorſuram [b] ſolvis,
Geta: praeſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagae creſcunt,
Niſi proſpicis. nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

VARIANTES LECTIONES

a in praeſenti. *b* ſolves *in utroque Codice.*

Che ſi abbia da mutare?
Get. *Non lo ſo, ma ciò dico, ſe per ſorte.*
Dem. *Così farò, ſiccome mio fratello*
Stimò doverſi far, che qua veniſſe
Sua moglie, e ſi abboccaſſe con coſtei.
Geta, và via, e dille, che tra poco
Eſſa ſarà da lei. Get. *Pronto il denaro*
E' per Fedria. Di liti non ſi parla;
E in tanto ſi è provviſto per adeſſo,
Che coſtei non ſi parta. Ma dipoi
Che ſarà egli? nel fango medeſimo
Tu ti ravvolgi, o Geta: per adeſſo
Muti tu creditore, e'l mal preſente
Si è trasferito a qualche giorno incerto;
E ſe non penſi bene a' caſi tuoi,
Si fan le pene tue ſempre maggiori.
Adeſſo andronne a caſa ad indettare
Fania di tutto, onde timor non abbia
Di Formione, e delle ſue parole.

Dem. Age-

Act. V. Scena III.

Dem. AGedum, ut ſoles, Nauſiſtrata, fac illa ut placetur nobis:
Ut ſua voluntate, id quod eſt faciundum, faciat. *Nauſ.* Faciam.
Dem. Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.
Nauſ. Factum volo: ac pol queo minu' viri culpa, quam me dignum eſt.
Dem. Quid autem? *Nauſ.* Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex his praediis talenta argenti bina
Capiebat ſtatim: hem, vir viro quid praeſtat. *Dem.* Bina, quaeſo?
Nauſ. Ac rebuſ vilioribu multo, tamen talenta bina. *Dem.* Hui!
Nauſ. Quid haec videntur? *Dem.* Scilicet. *Nauſ.* Virum me natam vellem:
Ego oſtenderem. *Dem.* Certo ſcio. *Nauſ.* Quo pacto. *Dem.* Parce ſodes,

Ut

Demifone, Nauſiſtrata, e Cremete.

Dem. *OR via colle tue maniere uſate,*
Nauſiſtrata, ti adopra, che colei
Con noi ſi plachi, e che di voglia ſua
Faccia quello, che in fine ella ha da fare.
Nauſ. *Farollo.* Dem. *E col tuo ſtudio ora mi aſſiſti,*
Siccome poco fa mi deſti aita
Co' tuoi denari. Nauſ. *E di averteli dati*
Ne ho piacere, e mi duol di poter meno
(Che ti avrei dato più) per ſola colpa
Del mio marito. Dem. *E che colpa vi ha egli?*
Nauſ. *Perchè egli le ricchezze oneſtamente*
Fatte dal padre mio, e a me laſciate
In maneggiarle è trafcurato troppo.
Perch' egli da que' groſſi ſuoi poderi
Traeva a' tempi ſuoi anno per anno
Due talenti d' argento. Oh vedi quanto
Da un uomo ci corre egli ad un altro uomo!
Dem. *Due talenti, in grazia?* Nauſ. *E queſti ancora*
In tempi di viliſſimo mercato.
Dem. *Cappitina!* Nauſ. *Or che dicì tu di queſto?*
Dem. *Cioè...* Nauſ. *Nata vorrei eſſere un uomo,*
Ed allora ti avrei fatto vedere...
Dem. *Certamente lo ſo.* Nauſ. *Con qual maniera...*

Dem. *Or*

Ut poſſis cum illa, ne te adoleſcens mulier defatiget.
Nauſ. Faciam ut jubes: ſed meum virum abs te exire video. *Chr.* Hem Demipho,
Jam illi datum eſt argentum? *Dem.* Curavi illico. *Chr.* Nollem datum:
Hei video uxorem: pene plus quam ſat erat. *Dem.* Cur nolles Chreme?
Chr. Jam recte. *Dem.* Quid tu? ecquid loquutus cum iſta es, quamobrem hanc ducimus?
Chr. Tranſegi. *Dem.* Quid ait tandem? *Chr.* Adduci non poteſt. *Dem.* Quid non poteſt?
Chr. Quia uterque utrique eſt cordi. *Dem.* Quid iſtuc noſtra? *Chr.* Magni: praeter haec
Cognatam comperi eſſe nobis. *Dem.* Quid? deliras? *Chr.* Sic erit:
Non temere dico: redi mecum in memoriam. *Dem.* Satin' ſanus es?
Nauſ. Hau, obſecro, vide, ne in cognatam pecces. *Dem.* Non eſt. *Chr.* Ne nega:
Patris nomen aliud dictum eſt: hoc tu erraſti. *Dem.* Non norat patrem?
Chr. Norat. *Dem.* Cur aliud dixit? *Chr.* Nunquamne hodie concedes mihi, neque
Intelleges? *Dem.* Si tu nihil narras. *Chr.* Perdis [a]. *Nauſ.* Miror, quid hoc ſiet.
Dem. Equidem hercle neſcio. *Chr.* Vin' ſcire? at ita me ſervet Juppiter,
Ut proprior illi, quam ego ſum, ac tu, nemo eſt homo [1]. *Dem.* Dii voſtram fidem!
Eamus ad ipſam una omnes nos; aut ſcire, aut neſcire hoc volo. *Chr.* Ah.
Dem. Quid id eſt? *Chr.* Itane parum mihi fidem eſſe apud te? *Dem.* Vin' me credere?
Vin'

VARIANTES LECTIONES

a Pergis? *In utroque Codice.*

1 homo nemo eſt.

Dem. *Or via perdona a lui, onde tu poſſa*
Parlar più agiatamente con colei,
Ed ella non ti ſtracchi. Nauſ. *Come vuoi,*
Così farò: ma veggio il mio marito
Ch' eſce di caſa tua. Crem. *O Demifone,*
A quello conſegnato è già il denaro?
Dem. *Subito procurai, che ſe gli deſſe.*
Crem. *Non glielo dar ſarebbe ſtato meglio.*
Ahimè veggio mia moglie! diſſi troppo.
Dem. *Perchè non glielo dar, Creme, era meglio?*
Crem. *Già van bene le coſe.* Dem. *Perchè dunque?*
Tu forſe con colei l' hai tu diſcorſa,
E le hai detto, perchè meniamla via?
Crem. *Ho fatto tutto.* Dem. *Che dice ella in fine?*
Crem. *Indurre non ſi puote a patto alcuno.*
Dem. *E perchè non ſi puote?*
Crem. *Perchè ſi aman fra lor troppo di cuore.*
Dem. *Ma queſto a noi che importa?* Crem. *Importa aſſai;*
Ed oltre a tutto queſto ho ritrovato,
Ch' ella è noſtra parente. Dem. *Che! ſei pazzo?*
Crem. *Sia come vuoi: io non lo dico a caſo:*
Fà che richiami un poco alla memoria
L' andate coſe. Dem. *Hai tu la mente ſana?*
Nauſ. *Ah guardati, ti prego, a non peccare*
Contro il tuo ſangue. Dem. *Ella non ci è parente.*
Crem. *Non lo negare: il nome di ſuo padre*
Era un altro, e qui tu prendeſti ſbaglio.
Dem. *Forſe non conoſceva ella ſuo padre?*
Crem. *Lo conoſcea.* Dem. *Perchè con altro nome*
Ella chiamollo? Crem. *Tu oggi non fia mai*
Che credere mi voglia, o che m' intenda?
Dem. *Se tu non mi dì nulla.* Crem. *Tu mi ammazzi.*
Nauſ. *Non ſo queſto che ſia.* Dem. *Io certamente*
Non ne ſo nulla affatto. Crem. *Vuoi ſaperlo?*
Così Giove mi guardi, come a lei
Niuno è più congionto di noi due.
Dem. *O ſommi Dei, la voſta fede imploro.*
Andiamo tutti inſieme a ritrovarla.
Crem. *Ah!* Dem. *Che coſa è?* Crem. *E a me credi sì poco?*
Dem. *Vuoi tu che il creda, e che nulla più cerchi*

Intor-

Vin' satis quaesitum mihi istuc esse? age fiat. quid illa filia
Amici nostri, quid futurum est? *Chr.* Recte. *Dem.* Hanc igitur mittimus?
Chr. Quid ni? *Dem.* Illa maneat? *Chr.* Sic. *Dem.* Ire igitur tibi licet, Nausistrata.
Naus. Sic pol commodius esse in omneis arbitror, quam ut coeperas,
Manere hanc: nam perliberalis visa est, quum vidi, mihi.
Dem. Quid istuc negotii est? *Chr.* Jamne operuit ostium? *Dem.* Jam. *Chr.* Oh Jupiter,
Dii nos respiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. *Dem.* Hem!
Quo pacto id potuit? *Chr.* Non satis tutus est ad narrandum hic locus.
Dem. At tu intro abi. *Chr.* Heus, ne filii nostri quidem hoc rescisant, volo.

Intorno a questo? Or via si creda tutto;
Ma poscia che sarà di quella figlia
Del nostro amico? Crem. *Bene.* Dem. *Questa dunque*
Or licenziamo? Crem. *Certo.* Dem. *E quella resti?*
Crem. *Sicuro.* Dem. *Dunque può tornare a casa,*
Nausistrata. Naus. *Così senza alcun fallo*
Credo, che a tutti fia per tornar bene,
Quando quella rimanga: assai mi parve,
Allora che la vidi, onesta, e bella.

Dem. *Che cosa è stata questa?* Crem. *Ha chiuso ancora*
L'uscio? Dem. *E' già chiuso.* Crem. *O Giove!*
i sommi Dei
Ci han gli occhi sopra: trovata ho mia figlia,
Che già col tuo figliuolo è maritata.
Dem. *Sì ne! ma questo come avvenne mai?*
Crem. *Luogo non mi par questo assai sicuro*
Da dirtelo. Dem. *E tu vanne dentro in casa.*
Crem. *Ehu, bada a te; non vo', che i figli nostri,*
Risappiano tal cosa in conto alcuno.

Dom. Mitrotti sculp.

Fig. XXX.

2 Act I. Scena IV.

Ant. LAetu ſum, ut ut meae res ſeſe habent, fratri obtigiſſe, quod volt.
Quam ſcitum eſt ejuſmodi parare animo cupiditates:
Quas, quum res advorſae ſient, paullo mederi poſſis.
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expedivit:
Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis:
Quin ſi hoc celetur, in metu; ſin patefit, in probro ſim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Hujuſce habendae. ſed ubinam Getam invenire poſſum, ut
Rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat?

Antifone.

Ant. *COmunque elle ſi ſian le coſe mie,*
Godo, che il mio fratello abbia ottenuto
Ciò che volea. Che coſa bella in vero
Prepararſi tal ſorta di piaceri,
A' quali, ſe ti vien qualche diſgrazia,
Tu poſſa rimediar con poco, o nulla!
Queſti nel punto, che trovò il denaro
Si disbrigò da tutte le moleſtie.
Ed io non poſſo per maniera alcuna
Tirarmi fuora da queſte mie cure.
Se il fatto ſi naſconde; di paura
Io tremo tutto; e s' egli ſi paleſa,
Quanta ignominia a me verranne allora!
Ne avrei ardire or di tornare a caſa,
Se non mi foſſe data qualche ſpeme
Di averla. Ma dove poſſo io trovare
Geta, per lui pregar, che mi dimoſtri,
Quale e' creda per me tempo più proprio
Da parlar con mio padre?

Ter. Phor. Fig. XXII.

Act. V. Scena V.

Phor. ARgentum accepi: tradidi lenoni: abduxi mulierem:
Curavi, propria ea Phaedria ut potiretur: nam emiſſa eſt manu.
Nunc una mihi res etiam reſtat, quae eſt conficiunda, otium
A ſenibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos ſumam dies.
Ant. Sed Phormio eſt. quid ais? *Phor.* Quid? *Ant.* Quidnam nunc facturus Phaedria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?
Phor. Viciſſim parteis tua acturus eſt. *Ant.* Quas? *Phor.* Ut fugitet patrem,
Te ſuam rogavit rurſum ut ageres cauſſam, ut pro ſe diceres:
Nam potaturus eſt apud me: ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum quam dixit Geta:

Ne

Formione, e Antifone.

For. EBbi i quattrini: diedigli al mezzano;
Mi preſi la fanciulla, e feci in modo,
Che Fedria può goderſela per propria,
Che fatta è Libertina. Ora mi reſta
Una ſol coſa da condurre a fine,
Cioè di procacciarmi un poco d' ozio
Da bere, e da mangiare allegramente
Alla barba de' vecchi: perchè certo
Ci averò qualche giorno da ſtar bene.
Ant. *Ma queſti è Formion: che coſa dici?*
For. *Che coſa?* Ant. *Fedria or che farà per fare?*
Come dice e', che faziar ſi vuole
Dell' amor ſuo? For. *Adeſſo farà egli*
Quelle parti, che tu ſteſſo facevi.
Ant. *E quali?* For. *Acciocchè sfugga egli ſuo padre,*
Te pregò, che voleſſi dargli aita,
E difendeſſi ben le ſue ragioni,
Perchè e' verranne a cena a caſa mia.
A' vecchi dirò io, che vado in Sunio
A comperare una Servetta, come
Poco fa diſſe Geta, acciocchè quivi

Non

Ne quum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
* Sed ostium concrepuit abs te. *Ant.* Vide, quis egreditur [1]. *Phor.* Geta est.

VARIANTES LECTIONES.

1 egrediatur.

Non mi vedendo, non abbian sospetto,
Che io mi scialacqui tutto il loro argento.
Ma fè rumor la porta di tua casa.
Ant. *Vedi chi este.* For. *E' Geta.*

NOTAE

* Ut ea facilius intelligantur, quae occurrunt in Terentio de Foribus, scilicet Andr. Act. IV. Sc. I.

Crepuit a Glycerio ostium.

Adelphos Act. IV. Sc. IV.

Heus, heus, Aeschinus ego sum, aperite hujus actutum hostium.

Et Act. V. Sc. III.

Quisnam a me pepulit tam graviter fores?

Heautontimorumenos Act. I. Sc. I.

Sed quid crepuerunt fores?
Hinc a me quisnam egreditur?

Atque alibi passim; operae pretium erit, nonnulla de Theatri distributione attingere, ac praesertim de Scena comicis in actionibus: in tragicis enim Scenam alio modo distributam fuisse comperimus. Ac primo quidem animadvertendum est, nostras Comoedias in platea fuisse actas, aut agro, nulla vero in domo nec officina contra nostrorum temporum opinionem, & praxim.

Theatrum igitur tres in partes dividi potest, Scenam scilicet, Orchestram, & Caveam. Scena ea nuncupatur, ubi Actores agebant, adjuvante Tibicine, seu etiam Citharoedo: atque haec etiam duas partes habebat, posteriorem scilicet, seu superiorem, quae Siparii tegebatur (Aulaea namque ad tragicam actionem proprie spectant) ne Actores, totusque apparatus spectantium oculis paterent. Anterior autem pars aperta erat, ubi scilicet Comici agebant, Prosceniumque appellabatur: *Proscenium*, ait Isidorus Lib. XVIII., *fuit locus patens, & liber in fronte Scenae, in quem exibant Actores, & histrioniam agebant*. Porro Siparia ea fuisse puto, quae nunc praegrandia picta tegumenta *Tendoni* vulgo nuncupata: obductaque etiam aliquando post singulos Actus fuisse, testatur Donatus in Fragmento de Tragoedia & Comoedia *Siparium est mimicum velum, quod populo obsistit, dum Fabularum Actus immutantur*.

At non in toto agebant Comoedi Proscenio, sed in suggestu quodam, qui medium tenebat, appellabaturque Pulpitum juxta Plinium *Epist. Lib. IV. Epist. XC. Inde ista ludibria Scena, & Pulpito digna*: eratque Orchestra altius quinque pedes juxta Bulengerum, qui ducem habet Vitruvium: talisque magnitudinis, ut Comicos omnes, quotquot acturi erant, Tibicinesque caperet.

Proscenii quoque tres partes erant, media, dextera, atque sinistra. Media pars domos circumcirca referebat. Bulengerus, aliique fere omnes, qui de Theatro scripserunt, auctores nobis sunt, tres fuisse in Scena januas; mediam quidem regiam, aut spelaeum, aut domum magnificam, ubi versarentur ii omnes, qui primas Fabulae partes agerent; dexteram, ubi domus illius, qui secundas; laevam denique, in qua statio jumentorum, & per eam Carri, & Jumenta transmittebantur. His itaque praemissis facilis conjectura est, Actores singulos ex ea prosiluisse janua, qua in eorum domum patebat adytus: quae quidem janua crepitum aliquem emittere oportebat, siquando aperiretur. Sic etiam explicatur Tabula, quae nostra in editione praemittitur Scenae III. Actus III. in Adelphos superius pag. 36. In ea siquidem exhibetur Dromo intra limen domus Micionis dextera, in parte sedens, piscesque juxta Syri mandatum curans. Pari modo Heautontim. Act. I. Sc. I. cum Menedemus exhibeatur in agro, & pone ipsum Boum jugum, frumentique fasciculus, in laeva constituitur: mitto enim alias commemorare Tabulas, easque frequentissimas, in quibus Januae, Comicique juxta eas dextera, aut laeva in parte collocantur,

In Proscenii dextera Aram fuisse constat Apollini sacram cum Verbenis, quod probant illa Andriae Act. IV. Sc. IV.

En Ara hinc fume verbenas tibi;
Atque eas substerne.

Quae quidem Ara in Tragoediis Bacco dicabatur.

Tandem sinistra in parte Herois, vel Civis erigebatur statua, cui Ludi, justa, vel parentalia fiebant. Quare quum primum Acta est *Adelphos* laevam Pauli Aemilii statua debuit occupare, cui Q. Fabius Maximus, & P. Cornelius Africanus filii parentalia persolvebant.

Prope anteriorem Scenae partem Orchestra erat, ut Senatores, qui in ejus plano Scena ipsa aliquanto humiliori sedebant, commode agentium gestus cernere possent juxta Vitruvium, qui Lib. V. cap. VI. *Orchestra*, ait, *locus est inter Scenam & Cuneos Senatoribus ad spectandum assignatus*: hi enim licet primis Reipublicae temporibus populo permixti spectaculis adstarent; Attilio tamen Serrano, & L. Scribonio Aedilibus ludos matri deûm facientibus distincta a plebe sedilia in theatris habere coeperunt: quae quidem stabilia minime fuerunt, sed pro tempore adferebantur. Hoc autem loco animadvertit Nicolaus Calliachius, Orchestram aliam fuisse in theatro, ubi Scenici fiebant ludi; in Amphitheatro aliam, in quo Gladiatorum labores, Ferarum dilaniationes, & alia hujusce generis spectacula edebantur: in theatris enim Orchestra erat ipsum theatri planum Scena, Pulpitoque humilius, ut jam diximus, quia ei Proscenium prominebat: sed Ampbitheatri Orchestram constituebant quatuor aut quinque gradus arenae proximiores, planumque Gladiatoribus, Feris, Navibus &c. cedebat.

Orchestram denique sequebatur Cavea cum subselliis pro populo, quod innuit Plautus in Amphitr. Prolog. vers. 65.

Ut conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam Caveam.

Ter. Phor. Fig. XXIII

Act. V. Scena VI.

Get. O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus *
Quam ſubito meo hero Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem!
Ant. Quidnam hic ſibi volt? *Get.* Noſque amicos eju' exoneraſtis metu!
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio;
Atque hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, ſciat?
Ant. Num tu intellegis, hic quid narret? *Phor.* Num tu? *Ant.* Nil. *Phor.* Tantundem ego.
Get. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc ſunt. *Ant.* Heus Geta. *Get.* Hem tibi. Num

Geta, Antifone, e Formione.

Get. O *Fortuna, o lietiſſima fortuna,*
Voſtra mercè quante felici coſe,
E così preſto mai ſono accadute
Al padron mio Antifone in queſto giorno!
Ant. *Che mai ſi vuol coſtui?* Get. *I noſtri amici,*
E noi togliesti affatto di timore.
Ma perchè mi trattengo, e non mi getto
Queſto mantello ſopra d' una ſpalla,
E non corro a trovarlo, acciocchè e' ſappia,
Conforme avvenner tutte queſte coſe?
Ant. *Intendi nulla tu di quel, che e' dice?*
For. *E tu nulla ne intendi?* Ant. *Nulla affatto.*
For. *Ed altrettanto anche io* Get. *Andronne dritto*
Dal mezzano, che certo ivi ſaranno.
Ant. *Oe Geta, a te dico.* Get. *Non è coſa*

Ne

NOTAE

* *Fors Fortuna eſt*, ait Donatus, *cujus diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua vivunt*: (legit Ortelius *qui in arte aliqua vivunt*:) *hujus Aedes trans-Tyberim eſt*. Varro de Lingua latina v. 3. hanc Aedem a Servio Tullio erectam, feſtumque diem inſtitutum teſtatur: *Dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio Rege, quod is phanum Fortis Fortunae ſecundum Tyberim extra urbem Romam dedicavit*. Locum, in quo hoc fitum erat phanum, indicavimus in Deſcriptione Urbis Romae Tom. I. pag. 214., nempe extra Portam Portuenſem, ubi nunc parvula Eccleſia S. Mariae *del Ripoſo*. Non deſunt, qui

Fortem

Num mirum, aut novum eſt revocari [a], curſum cum inſtitueris [b]? *Ant.* Geta.
Get. Pergis hercle? nunquam tu odio tuo me vinces. *Ant.* Non manes?
Get. Vapulabis [c]. curialis vernula eſt, qui me vocat.
Ant. Id tibi quidem jam fiet; niſi reſiſtis, verbero.
Get. Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitat malum.
Sed is ne eſt, quem quaero, an non? ipſu' eſt. *Phor.* Congredere actutum.
Ant. Quid eſt?
Get. O omnium, quantum eſt, qui vivont, homo hominum ornatiſſume:
Nam ſine controverſia a diis ſolus diligere, Antipho.
Ant. Ita velim: ſed qui iſtuc credam ita eſſe, mihi dici velim.
Get. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? *Ant.* Enicas.
Phor. Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers, cedo. *Get.* Oh,
Tu quoque hic aderas, Phormio? *Phor.* Aderam: ſed ceſſas? *Get.* Accipe, hem.
Ut modo argentum dedimus tibi apud forum, recta domum
Sumu'

VARIANTES LECTIONES

a revocare curſum, quo inſtitueris?
b inſtiteris? c Vapulabo. *Quae autem ſequuntur deſunt in Codice uſque ad Ant.* Id tibi &c.

Ne mirabil, ne nuova eſſer chiamato,
Allor che più ſi corre. Ant. *Geta.* Get. *Segue*
A chiamarmi coſtui, ma certamente
Non vincerammi colla ſua moleſtia.
Ant. *E non ti fermi? Batterotti.* Get. *Queſti*
Sarà il pubblico Servo della Curia,
Che mi domanda. Ant. *Se tu non ti fermi*
Quello averai, che tu prometti agli altri,
Schiena da nerbo. Get. *Oh via queſti biſogna*
Che ſia, giacchè minacciami di fruſta,
Una perſona molto familiare.
Ma queſti non è quel, che io vo cercando?
Certamente egli è deſſo.
For. *Vanne ſubito a lui.* Ant. *Dì; che ci è egli?*
Get. *O degli uomini tutti, che or ſon vivi,*
Il più felice, che ſenza alcun dubbio
Te ſolo aman gli Dei. Ant. *Così pur ſia:*
Ma dimmi la cagion, perchè io ciò creda.
Get. *E non baſta, che io ti abbia di allegrezza*
Ripieno tutto quanto, e imbalſamato?
Ant. *Mi uccidi.* For. *Eh via laſcia da parte omai*
Così belle promeſſe, e ci racconta
La coſa, come ſta. Get. *Che qui tu pure*
Stavi, Formion? For. *Ci ſtava: ed ancor duri?*
Get. *Aſcolta. Appena noi ti demmo in piazza*
L' argento, che n' andammo a dirittura
A caſa, e in queſto mentre il mio padrone
M' invia alla tua moglie. Ant. *Ed a che fare?*
Get. *Io*

NOTAE

Fortem Fortunam cum Virili confundant: Sed perperam: Fortunam ſiquidem Virili nomine primum dictam ab Anco Martio teſtatur Plutarchus in Opuſculo *de Fortuna Romanorum*: eique templum extructum poſtea fuit in Foro Piſcario ſecundum oppoſitam Tyberis ripam, ubi nunc Armenorum Xenodochium viſitur: tametſi diligentius conſiderata ſecundi hujus Templi ſtructura, quae elegantiſſima eſt, Romanaeque Reipublicae magnificentiam redolet, adduci nullo modo poſſum ut credam, ab Anco Martio ſic fuiſſe erectum. Errat quoque Plutarchus mea quidem ſententia, quod Fortunae Fortis Aedem, de qua agimus, a Romanis in hortis a Caeſare populo legatis extructam aſſerat. Alia enim, longeque diverſa Aedes Fortunae Forti poſt Caeſaris mortem iis in hortis dicata fuit, quamvis non procul ab illa, quam Servius Tullius extruxerat: primaeque teſtimonium ſatis luculentum eruitur ex Livii Lib. XXVII., ubi narrat anno ab U. C. DXLI. *intra cellam Aedis Fortis Fortunae de capite ſignum, quod in corona erat, in manus ſponte ſua prolapſum*: facilis quidem homo in prodigiis vel credendis, vel referendis.

Sed audiamus Ovidium, qui locum, feſtum diem, ludos, templi denique auctorem indicat Faſt. Lib. VI.

„ Quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!
„ Poſt ſeptem luces Junius actus erit.
„ Ite, Deam laeti ſortem celebrate Quirites:
„ In Tyberis ripa munera Regis habet.
„ Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
„ Nec pudeat potos inde redire domum.
„ Ferte coronatae Juvenum convivia liutres:
„ Multaque per medias vina bibantur aquas.
„ Plebs colit hanc: quia qui poſuit, de plebe fuiſſe
„ Fertur, & ex humili ſceptra tuliſſe loco.

Sumu' profecti: interea mittit herus me ad uxorem tuam.
Ant. Quamobrem? *Get.* Omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt, Antipho.
Ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida:
Pone apprehendit [1] pallio: reſupinat: reſpicio: rogo,
Quamobrem retineat me: ait, eſſe vetitum intro ad heram accedere:
Sophrona modo fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,
Eumque nunc eſſe intus cum illis. hoc ubi ego audivi, ad fores
Suſpenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi: aſtiti:
Animam compreſſi, aurem admovi: ita animum coepi attendere;
Hoc modo ſermonem captans. *Ant.* Euge Geta [a]. *Get.* Hic pulcherrimum
Facinus audivi: itaque pene hercle exclamavi gaudio.
Phor. Quod? *Get.* Quodnam arbitrare? *Ant.* Neſcio. *Get.* Atqui mirificiſſimum:
Patruus tuus eſt pater inventus Phanio uxori tuae. *Ant.* Hem,
Quid ais? *Get.* Cum eju' olim conſuevit matre in Lemno clanculum.
Phor. Somnium. utin' haec ignoraret ſuum patrem? *Get.* Aliquid credito,
Phormio, eſſe cauſſue. ſed me cenſen' potuiſſe omnia
Intellegere extra oſtium, intus, quae inter ſeſe ipſi egerint?
Phor. Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam [b]. *Get.* Immo etiam dabo,
Quo magi' credas: Patruus interea inde huc egreditur foras:
Haud multo poſt cum patre idem recipit ſe intro denuo:

Ait

VARIANTES LECTIONES

a Heu Geta. *Sic etiam in altero Codice.* b Atque ego quoque audivi illam fabulam &c.
1 me adprehendit.

Get. *Io laſcio i proloqui, perchè nulla*
Han che fare, Antifon, con queſta coſa.
Mentre incomincio a entrare nelle ſtanze,
Ove ſtanno le donne, a me ne corre
Il Servo Mida, e preſomi di dietro
Pel mio mantel mi fa piegar la ſchiena.
Lo riguardo, e gli chiedo la cagione,
Perchè egli mi rattenga. Mi riſponde
Eſſervi ordin, che alcuno non ſi accoſti
Alla padrona, la quale ſi trova
Con Cremete fratel di Demifone,
Che ſta dentro con eſſa. Udito queſto
Sulla punta de' piedi cheto cheto
Me n' andai verſo l' uſcio, e quivi giunto
Rattenni il fiato, ſpalancai le orecchie,
E atteſi con aſtuzia a rinvangare
I lor diſcorſi. Ant. *E viva Geta.* Get. *Quivi*
Un belliſſimo fatto udir potei,
Ed ebbi per la gioja a dare un grido.
For. *E quale?* Get. *O vedi un po' ſe ci dai dentro.*
Ant. *Non ſollo.* Get. *Affè ch' egli è mirabiliſſimo.*
Della tua moglie Fania ſi è trovato
Eſſer padre il tuo zio. Ant. *Oh che mi narri!*
Get. *In Lenno di naſcoſo ebbe e' che fare*
Colla madre di lei. For. *Un ſogno è queſto.*
Conoſcer non doveva ella ſuo padre?
Get. *Credi Formione pur, che qualche coſa*
Fu di ciò la cagione. Ma ti penſi,
Che abbia potuto udir, ſtandomi all' uſcio,
Ciò ch' eſſi dentro ragionar fra loro?
For. *Per Ercole ancor io coteſta favola*
Udito ho raccontar. Get. *Anzi darotti*
Qualche indizio più chiaro, onde tu il creda.
In queſto mentre ſe n' eſce di caſa
Loro il tuo zio, e poi lo ſteſſo tornavi
Col ſuo fratello poco tempo dopo;

E di-

Ait uterque, tibi poteſtatem ejus habendae ſe dare:
Denique ego ſum miſſus, te ut requirerem, atque adducerem.
Ant. Hem quin ergo? rape me[a]. ceſſas[1]? *Get.* Fecero. *Ant.* O mi Phormio[b]
Vale. *Phor.* Vale Antipho. bene, ita me dii ament, factum, & gaudeo.
Tantam fortunam de improviſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phaedriae curam adimere argentariam,
Ne cuiquam ſuorum aequalium ſupplex ſiet.
Nam idem hoc argentum, ita ut datum eſt ingratiis,
His datum[c] erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi voltuſque eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proxumum:
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras.
Quo me adſimularam ire ad mercatum, non eo.

VARIANTES LECTIONES

a Quin ergo rape me: quid ceſſas? *b* Heus Phormio. *c* Ei datum.
1 quid ceſſas?

E dicon ambidue, che ti dan piena
Licenza per averla in tua mogliera.
Alla fin ſon mandato a queſto effetto
Di ritrovarti, e di cordurti a loro.
Ant. *Or via, perchè tu tardi? con preſtezza*
Prendimi, e là mi porta: non ti muovi?
Get. *Andiamo pur.* Ant. *Formione mio, ſtà ſano;*
For. *E tu pure, Antifone. Oh come bene,*
Così mi amin gli Dei, è ciò ſucceſſo,
Ed ho ſommo piacer, che ſia venuta
All' improvviſo lor tanta fortuna,
Or mi ſi apre una larga via
Da poter uccellar queſti due vecchi,
E Fedria liberar dal gran penſiero
Di ritrovar denaro, e che non ſia
In avvenir forzato a ſupplicare
Neſſun de' ſuoi compagni per tal cura;
Imperocchè queſto medeſmo argento,
Tale quale l' ebbi io da' due vecchi
Loro mal grado, ſarà dato a lui;
E queſto come mi abbia a riuſcire
Ho già penſato. Adeſſo mi conviene
Prendere nuovi geſti, e nuovo viſo:
Ma voglio ritirarmi in quel vicino
Chiaſſuolo, e quando eſſi uſciranno fuora,
Uſcirne anche io, e preſentarmi loro.
A quel mercato, ove di andare io finſi
Or già più non voglio ire.

Dem. Diis

Ter. Phor. Fig. XXIV.

Act. V. Scena VII.

Dem. Dîis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando evenere haec nobis, frater, prospere.
Quantum potest, nunc conveniendus Phormio est,
Priusquam dilapidet nostras triginta minas,
Ut auferamus. *Phor.* Demiphonem, si domi est,
Visam: ut quod. *Dem.* At nos ad te ibamus, Phormio.
Phor. De eadem hac fortasse caussa? *Dem.* Ita hercle. *Phor.* Credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum. An veremini [a],
Ne non id facerem, quod recepissem semel?
Heus, quanta quanta haec [x] mea paupertas est, tamen

Chr. Est

VARIANTES LECTIONES

a verebamini.

x Heus heus quanta haec &c.

Demifone, Formione, e Cremete.
Dem. IO *rendo a' sommi Dei grazie infinite*
Col cuore, e colla bocca, ogni qual volta
Accadute ci sono queste cose
Così felicemente. Ora il più presto
Che si puote, convien, che ci abbocchiamo
Con Formion, prima che le trenta mine
E' non ci mandi in fumo, e a casa nostra
Le riportiamo. For. *Io vò veder, se in casa*
E' Demifone, acciocchè quello... Dem. *Appunto*
Ti andavamo cercando. For. *E credo forse*
Per la cagion medesima. Dem. *Sì certo.*
For. *L' ho creduto. Ma ditemi a qual fine*
Venivate a cercarmi? al certo è cosa
Ridicola, se voi forse temete,
Che io sia mai per mancarvi di parola.
Ah per quanta si sia mia povertade,
Nondimeno fin qui solo ho cercato,

Serven-

Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi eſſet fides.
Chr. Eſt ne ea ita, ut dixi; liberalis? *Dem.* Oppido.
Phor. Itaque ad vos venio nunciatum, Demipho,
Paratum me eſſe: ubi voltis, uxorem date;
Nam omneis poſthabui mihi res, ita uti par fuit,
Poſtquam, tantopere id vos velle, animum advorteram.
Dem. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem:
Nam qui rumor erit populi, inquit, ſi id feceris?
Olim, cum honeſte potuit, tum non eſt data:
Nunc viduam extrudi [a], turpe eſt: ferme eadem omnia,
Quae tute dudum coram me incuſaveras.
Phor. Satis ſuperbe inluditis me. *Dem.* Qui? *Phor.* Rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempſerim?
Chr. Tum autem, Antiphonem video ab ſeſe amittere
Invitum eam, inque. *Dem.* Tum autem video, filium
Invitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum: atque illud mihi
Argentum jube rurſum reſcribi Phormio.
Phor. Quod ne ego perſcripſi [b] porro illis, quibu' debui?
Dem. Quid igitur fiet? *Phor.* Si vis mihi uxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, ut velis
Manere apud te illam, hic dos maneat [c], Demipho:

Nam

VARIANTES LECTIONES.

a Eam nunc extrudi, turpe eſt. b deſcripſi.
c dos hic omnis maneat,

Servando fede altrui di trovar fede.
Crem. *Ti par bella così, come io ti diſſi?*
Dem. *Aſſai.* For. *Or dunque ſon venuto a dirvi,*
Demifone, come io mi trovo in punto:
Quando vi piace, datemi la moglie.
Tutte le coſe mie dietro le ſpalle
Già mi gettai, ſiccome era il dovere,
Dal punto, che compreſi, che ne avevi
Così gran volontà, che io la pigliaſſi.
Dem. *Egli è vero: ma ſciolto mi ha coſtui*
Dal dartela col dirmi; e che rumore
Sarà trà 'l popol mai, ſe farai queſto?
Quando dar ſi poteva oneſtamente,
Allora non ſi è data; ora il volerla
Quaſi vedova trar fuora di caſa,
E' ſconcia coſa. In ſomma egli mi diſſe
Poco meno che tutte quelle coſe;
Che tu ſteſſo per queſta iſteſſa cauſa
A me dicesti. For. *Aſſai ſuperbamente*
Voi mi ſchernite. Dem. *Ed in quale maniera?*
For. *Me ne domandi? mi ſi toglie il modo*
Ancor di prender l' altra. Con che viſo
Andronne a lei, che poco fa ſprezzai?
Crem. *E poi di lui, veggio, che Antifone*
A forza ſol la laſciarebbe andare.
Dem. *Ma vanne in grazia prontamente in piazza,*
E lì comanda, che le trenta mine,
Che ti detti, mi ſian riſtituite.
For. *Le trenta mine, che io per iſcrittura*
Dettì a' miei creditori? Dem. *E che fia dunque?*
For. *Se mi vuoi dare la promeſſa moglie,*
Prenderolla; ſe poi vuoi, che ella reſti
Teco;

Nam non eſt aequom, me propter vos decipi:
Cum ego veſtri honoris cauſſa repudium alterae
Remiſerim, quae tantundem dotis dabat.
Dem. I in malam rem hinc cum iſtac magnificentia,
Fugitive: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? *Phor.* Inritor. *Dem.* Tu ne hanc duceres,
Si tibi data eſſet[a]? *Phor.* Fac periclum. *Dem.* Ut filius
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum conſilium fuit.
Phor. Quaeſo, quid narras? *Dem.* Quin tu mihi argentum cedo.
Phor. Immo vero uxorem tu cedo. *Dem.* In jus ambula.
Phor. In jus? enim vero, ſi porro eſſe odioſi pergitis.
Dem. Quid facies? *Phor.* Egone? vos me indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini:
Etiam dotatis ſoleo. *Chr.* Quid id noſtra? *Phor.* Nihil.
Hic quandam noram, cujus vir uxorem.... *Chr.* Hem! *Dem.* Quid eſt?
Phor. Lemni habuit aliam. *Chr.* Nullus ſum. *Phor.* Ex qua filiam
Suſcepit: & eam clam educit[b]. *Chr.* Sepultu' ſum.
Phor. Haec adeo ego illi jam denarrabo. *Chr.* Obſecro,
Ne facias. *Phor.* Oh, tun' is eras? *Dem.* Ut ludos facit!
Chr. Miſſum te facimus. *Phor.* Fabulae. *Chr.* Quid vis tibi?
Argentum quod habes, condonamus te. *Phor.* Audio:

Quid

VARIANTES LECTIONES

a daretur. *b* educat. *In utroque Codice.*

Teco; qui reſti, Demifon, la dote.
Perchè giuſto non è, ch' io ſia ingannato
Per cagion voſtra, quando a ſolo oggetto
Del voſtro onore io ripudiai quell' altra,
Che pur mi dava queſta ſteſſa dote.
Dem. *Vanne in malora con coteſta tua*
Magnificenza, fuggitivo infame;
Eſſer ti credi ancora ſconoſciuto,
Ne ſi ſappiano i triſti fatti tuoi?
For. *Sono irritato.* Dem. *Se ti foſſe data,*
Forſe tu con coſtei ti accaſereſti?
For. *Fanne la prova.* Dem. *Fu conſiglio voſtro,*
Che appreſſo te con lei ſi ſteſſe il figlio.
For. *Che mi racconti in grazia?* Dem. *Or via l'argento,*
Perchè tu non mi dai? For. *Anzi la moglie*
Perchè tu non mi dai? Dem. *Al tribunale*
Andiamo. For. *Al tribunale? ſe durate*
Ad eſſermi moleſti... Dem. *E che farai?*
For. *Che farò io! Vuoi altri vi credete,*
Che io ſol difenda le miſere donne
Prive di dote? ben difendo ancora
Quelle, che l' hanno. Dem. *E queſto a noi, che importa?*
Fro. *Nulla. in queſta cittade ho conoſciuto*
Una tale, il di cui marito aveva...
Crem. *Oh...* Dem. *Che coſa è?* For. *Un' altra moglie in Lenno.*
Crem. *Sono ſpacciato.* For. *E n' ebbe da colei*
Una figliuola, e quella di ſoppiatto
Allevò. Crem. *Son ſepolto.* For. *Or queſto fatto*
Narrerò certamente all' altra moglie.
Crem. *Ti ſupplico a tacer.* For. *Oh tu ſei quegli?*
Dem. *Come ci burla!* Crem. *Ti doniam l' argento.*
For. *Son ciarle.* Crem. *E che di più far noi poſſiamo?*
Ti doniam quell' argento, che è in tua mano.
For. *V' intendo molto bene. Or perchè voi*

Sciocchi

Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti, vostra puerili sententia?
Nolo, volo, volo, nolo rursum: cedo, cape:
Quod dictum indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.
Chr. Quo pacto, aut unde haec hic rescivit? *Dem.* Nescio,
Nisi, me dixisse nemini, id certo scio.
Chr. Monstri, ita me dii ament, simile. *Phor.* Injeci scrupulum. *Dem.* Hem,
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle satius est:
Animo virili praesentique sis, para;
Vides tuum peccatum esse elatum foras:
Neque jam id celare posse te uxorem tuam:
Nunc, quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet[1] indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Ulcisci. *Phor.* At at, nisi mihi prospicio, haereo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
Chr. At vereor, ut placari possit. *Dem.* Bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum e medio excessit, unde haec suscepta est[a] tibi.
Phor. Itane mecum agitis? satis astute aggredimini:

Non

VARIANTES LECTIONES

a sit.

1 nosmetipsos.

Sciocchi che siete, me prendete a giuoco,
Operando all' usanza de' ragazzi?
Non voglio, voglio, e di nuovo non voglio,
Dà, piglia, dico, mi disdico, e quello,
Che è fatto, ora è disfatto. Crem. *D'onde mai,*
E da chi riseppe egli tali cose?
Dem. *Non lo so; benchè a niuno il disse.*
Crem. *Così mi amin gli Dei, come a me pare*
Tal fatto mostruoso. For. *Io gli ho cacciato*
Un sassolino dentro della scarpa.
Dem. *Ah dunque sarà vera, che costui*
Ci abbia da portar via sì gran denaro,
E che ci beffi tanto alla scoperta?
Per Ercole, che meglio egli è il morire.
Accingiti fratello ad esser forte,
E ti riempi di animo virile.
Già vedi, che il tuo fallo è divulgato,
E celar più nol puoi alla tua donna.
Or ciò, che ella udirà certo dagli altri,
Dichiamole noi stessi, ed in tal guisa
La potremmo placar più facilmente;
E allor potremo di questo uomo iniquo
Prender vendetta a nostro piacimento.
For. *Ah ah, se io ben non bado a' fatti miei,*
M' imbroglio malamente: io veggio chiaro,
Che mi vengon costor stretti alla vita,
Siccome disperati gladiatori.
Crem. *Ma temo, che colei non placherassi.*
Dem. *Stà di buon cuor, che sarà cura mia*
Rappatumarvi insieme, specialmente
Fidato sulla morte di colei,
Da cui avesti questa tua figliuola.
For. *Così trattate meco? senza dubbio*
Con molta astuzia mi venite addosso:

Non hercle ex re istiu' me instigasti, Demipho.
Ain tu? ubi, quae libitum fuerit, peregre feceris,
Neque hujus sis veritus foeminae primariae,
Novo modo ei quin faceres contumelias;
Venias mihi [1] precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Ut ne restinguas, lacrumis si exstillaveris.
Dem. Malum, quod isti dii, deaeque omnes duint.
Tantane affectum hominem quenquam esse audacia?
Non hoc publicitus scelus hinc deportarier [a]
In solas terras? *Chr.* In id redactus sum loci,
Ut quid agam cum illo, nesciam prorsus. *Dem.* Ego scio.
In jus eamus. *Phor.* In jus? huc, si quid lubet.
Dem. Assequere, ac retine, dum huc ego servos evoco [2].
Chr. Enim solu' nequeo: accurre huc. *Phor.* Una injuria est
Tecum. *Chr.* Lege agito ergo. *Phor.* Altera est tecum, Chreme.
Dem. Rape hunc. *Phor.* Sic agitis [3]? enimvero voce est opus.
Nausistrata, exi. *Chr.* Os opprime. *Dem.* Impurum vide,
Quantum valet. *Phor.* Nausistrata, inquam. *Chr.* Non taces?
Dem. Taceam? *Dem.* Ni sequitur, pugnos in ventrem ingere,
Vel oculum exclude [b]. *Phor.* Est ubi vos ulciscar [4] probe.

VARIANTES LECTIONES

a asportarier. b exculpe.
1 nunc mihi. 2 dum hinc servos voco. 3 Itane agitis? 4 ulciscar locus.

Ma, Demifon, non tornerà per dio
* *Ancillas dedo &c. Hoc eſt, me permittente*, explicat Donatus, *ut quod per legem tibi non licet, per me licet.* Eruditi quidem: In caput enim Domini torqueri ſervos, vel de Domino interrogari non poſſe, fuit antiquiſſimi juris conſtitutio, vel ob reverentiam Dominis debitam, vel etiam propter innatum in eos ſervorum odium. Hoc teſtatur Cicero in Oratione pro Milone: *Majores noſtri in Dominum de Servo quaeri noluerunt, non quia non poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur indignum, & Domini morte ipſa triſtius.* Tacitus quoque Annal. Lib. II. cap. 30. *Vetere Senatus Conſulto Servorum quaeſtio in caput Domini prohibebatur.* Cauſſae nonnullae graviſſimae, eaeque praeſertim, quae Principem, & Rempublicam reſpiciunt, excipi videntur *Leg.* I. §. 20. *ff. de Quaeſt.* Flavius vero Vopiſcus cap. 9. ſcribit, Tacitum Imperatorem conſtituiſſe, ut ne in majeſtatis quidem cauſſa ſervi in Dominorum caput torquerentur. Non raro tamen Domini in ſui defenſionem, aut ad conciliandam ſibi fidem, ſervos & ancillas, quod ſecretorum maxime participes eſſent, ad cruciatum dabant, quod Sex. Roſcio Amerino denegatum fuiſſe queritur Cicero: *O Dii immortales, rem miſeram & calamitoſam! quod in tali crimine innocenti ſaluti eſſe ſolet, ut Servos in quaeſtionem pollicetur, id Sex. Roſcio facere non licet.*

Terentius itaque Bacchidem hic inducit Ancillas pollicitantem in quaeſtionem, ferentemque, ut quolibet cruciatu ab iis veritas exquiratur, quod jam fecerat Plautus in Moſtell. Act. V. Sc. I.

Servos pollicitus eſt dare
Suos mihi omnes quaeſtioni.

Profecto in hac re nihil mali [a] eſt, quod ſit diſſidio dignum.
Phid. Velim quidem hercle. *Lach.* Exquire: adeſt: quod ſatis ſit, faciet ipſa [1].
Phid. Quid iſtaec mihi narras? an quia non tute audiſti dudum,
De hac re animus meus ut ſit, Laches? illis modo explete animum.
Lach. Quaeſo aedepol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute, ut ſerves [b].
Bac. Ob eam rem vis ergo intro eam? *Lach.* I, atque exple animum iis, ut credant [c].
Bac. Eo: etſi ſcio pol, his fore meum conſpectum inviſum hodie:
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, a viro ubi ſegregata eſt.
Lach. At hae amicae erunt, ubi, quamobrem adveneris, reſciſcent. *Phid.* Atqui
Eaſdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint:
Nam illas errore, & te ſimul ſuſpicione exſolves.
Bac. Perii; pudet Philumenae: me ſequimini intro ambae.
Lach. Quid mi eſt, quod malim, quam quod huic intellego evenire, ut
Gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, & mihi proſit?
Nam ſi eſt, ut haec nunc Pamphilum vere ab ſe ſegregarit;
Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam eſſe [d];
Referet gratiam ei, unaque opera nos ſibi amicos junget [2].

VARIANTES LECTIONES

a mali *Deeſt in Codice*. *b* *Lach.* Quaeſo edepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute ut ſerves. Ob eam rem. *Bac.* Vin' ergo intro eam? *c* coge ut credant. *d* eſſe *Deeſt*.
1 *Bac.* Faciam. 2 jungit.

Che poſſa eſſer motivo di diſcordia.
Fid. *Io lo vorrei pur troppo.* Lach. *E tu lo cerca*
Da queſta, ella è preſente, e ſon ſicuro,
Che ſoprà ſoddisfarti. Bac. *Ed io farollo.*
Fid. *Ma perchè tu mi narri queſte coſe?*
Quaſi che tu non ſappia intorno ad eſſe
L' animo mio. A lor manda coſtei;
Perchè ogni dubbio tolga lor di teſta.
Lach. *Bacchide mia, ti prego a mantenermi*
Quel, che or ora di far mi prometteſti.
Bac. *Cioè che io vada dalle voſtre donne?*
Lach. *Si vanno a loro; e fà tutto lo sforzo,*
Che ti preſtino fede. Bac. *Ancorchè io ſappia*
Che io lor diſpiacierò, pure anderovvi;
Perchè nemiche a noi le maritate
Son, quando ſeparate dal marito
Vivono. Lach. *E queſte ti ſaranno amiche,*
Quando ſapranno, perchè a lor ne vai.
Fid. *Ciò ti prometto anch' io; poichè in tal modo*
Lor toglierai d' error, te di ſoſpetto,
Bac. *Ahimè, di Filomena io mi vergogno:*
Seguitemi qua dentro ambedue voi.
Lach. *Nulla accadere mi potea più grato,*
Che quel, che intendo, che debba avvenire
A queſta; che ſi debba con coloro
Riconciliare ſenza alcuna ſpeſa,
E col vantaggio mio: perchè ſe è vero,
Che Panfilo da ſe tenga lontano,
Eſſa ben ſi avvedrà, per queſta coſa
Quanto ſplendore a ſe, ricchezze e gloria
Sarà venuta, e gli ſia ſempre grata,
E noi l' amerem tutti a tal riguardo.

Parm. Aede-

Ter. Hecyra

Fig. XVIII

Act. V. Scena III.

Parm. AEdepol nae eſſe meam herus operam deputat parvi preti,
Qui ob rem nullam miſit, fruſtra ubi totum deſedi diem,
Myconium hoſpitem dum expecto in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dum illic ſedeo, ut quiſque venerat,
Accedebam; adoleſcens, dic dum quaeſo, tun' es[a] Myconius?
Non ſum. aut Callidemides? non. hoſpitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque eum quemquam eſſe arbitror,
Denique hercle jam pudebat: abii. ſed, quid Bacchidem
Ab noſtro affine exeuntem video? quid huic hic rei eſt?
Bac. Parmeno, opportune te offers, propere curre ad Pamphilum.

Parm. Quid

VARIANTES LECTIONES

[a] es tu. *In utroque Codice.*

Parmenone, e Bacchide.

Parm. A*Eſe, che il mio padron tienmi da poco,*
Che per coſa di nulla là mandommi,
Dove perdei inutilmente il giorno
In aſpettare a' piedi della Rocca
Callidemide l' oſpite Miconio.
Così ſciocco, mentre io colà mi ſiedo,
Mi accoſtava a chiunque indi paſſava,
E domandava lui, ſei da Micene?
Ed e', Non ſon. Sei forſe Callidemide?
Ne pure. Hai tu qualche oſpite in tua caſa,
Che Panfilo ſi chiami? e' me 'l negava;
E credo ben che mi diceſſe il vero.
In fin n' ebbi vergogna, e me n' andai.
Ma Bacchide non veggio, che eſce fuora
Dal noſtro affine? e che v' ha ella a fare?
Bac. *Quanto a tempo t' incontro, o Parmenone:*
Metti l' ali alle piante, e vola a Panfilo.

Parm. *Ed*

Parm. Quid eo? *Bac.* Dic me orare, ut veniat. *Parm.* Ad te? *Bac.* Immo ad Philumenam.
Parm. Quid rei eſt? *Bac.* Tua quod nil refert, perconctari deſinas.
Parm. Nil aliud dicam? *Bac.* Etiam: cognoſſe, anulum illum [a] Myrrhinam
Gnatae ſuae fuiſſe, quem olim mihi ipſus dederat. *Parm.* Scio.
Tantumne eſt? *Bac.* Tantum: aderit continuo, hoc ubi ex te audiverit.
Sed ceſſas? *Parm.* Minime equidem: nam hodie mihi poteſtas haud data eſt:
Ita curſando atque ambulando totum hunc contrivi diem.
Bac. Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie [b]?
Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatum ei reſtituo, qui pene harum ipſiuſque opera periit:
Uxorem, quam nunquam eſt ratus poſthac ſe habiturum, reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exſolvi.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.
Nam memini, ab hinc menſes decem fere ad me nocte prima
Conſugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo. extimui illico: mi Pamphile, inquam, amabo,
Quid exanimatus es, obſecro? aut unde anulum iſtum nactus?
Dic mihi. ille, alias res agere [c] ſe ſimulare. poſtquam id [d] video,
Neſcio quid ſuſpicarier; magis coepi inſtare, ut dicat.
Homo ſe fatetur vi in via neſcio quam compreſſiſſe:

Dicit-

VARIANTES LECTIONES

a illum *Deeſt*. *b* hodie *Deeſt*. *c* agere ſimulare. *d* id *Deficit in utroque Codice*.

Parm. *Ed a qual fine?* Bac. *Digli, che io lo prego,*
Acciocchè egli ne venga.
Parm. *A te?* Bac. *Non già, ma venga a Filomena.*
Parm. *Che coſa è queſta?* Bac. *Aſtienti dal cercare*
Quello, che non ti tocca. Parm. *Ho da dirgli altro?*
Bac. *Digli, aver la Mirrina conoſciuto*
L' anello, ch' e' mi diede, eſſer quel deſſo,
Ch' era di ſua figliuola. Parm. *Sollo, e queſta*
E tanta coſa? Bac. *Ella è tanta per certo,*
Ed appena ſapralla, che con fretta
Lo vedrai qua volare a ritrovarci.
Ma non ti muovi ancora? Parm. *Io non mi muovo,*
Ne muovere mi poſſo per tutt' oggi,
Che in correre, e in trottare ho conſumato
Tutta queſta giornata.
Bac. *Quant' allegrezza colla mia venuta*
Ho recato oggi a Panfilo, e ben quante
Utili coſe gli ho portate, e tolte
Cure, e penſieri! Io gli rendo un figliuolo,
Che per colpa di loro, e per la ſua,
Era quaſi perduto;
Gli rendo la conſorte, ch' egli omai
Piangea da ſe diviſa eternamente,
E di ciò, che ſoſpetto egli era a' vecchi,
L' ho liberato: certo che il principio
Fu queſto anello a rinvenir tai coſe:
Che mi ſovvien, ſon già da dieci meſi,
Eſſer venuto in ſu la prima notte
Panfilo in caſa mia tutto anelante
Senza compagno, e ricolmo di vino
Con queſto anello; io ſubito temei;
E diſſi: o caro Panfilo, di grazia
Perchè sì rifinito, e d' onde tolto
Hai tu coteſto anello? E poichè io veggio,
Ch' egli finge ragioni, io più voglioſa
Di ſaperlo lo ſtimolo. Alla fine

E' mi

Dicitque, fefe illi anulum [a], dum luctat, detraxiffe:
Eum haec cognovit Myrrhina in digito modo me habentem:
Rogat, unde fit: narro omnia haec: inde eft cognitio facta,
Philumenam compreffam effe ab eo, & filium inde hunc natum.
Haec tot propter me gaudia illi contigiffe laetor:
Etfi hoc meretrices aliae nolunt: neque enim eft in rem noftram,
Ut quifquam amator nuptiis laetetur. verum ecaftor
Nunquam animum quaefti gratia ad malas adducam [b] partes.
Ego, dum illo licitum eft, ufa fum benigno & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptiis evenit: factum fateor.
At pol me feciffe arbitror, ne id merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom eft ferre.

VARIANTES LECTIONES

a anulum digito.
b ducam.

E' mi confeffa, in mezzo della via
Aver forzata incognita Fanciulla,
Ed in lottar infieme averle tolto
Quell' anello di dito: e queffo anello
E' quel, che oggi Mirrina ha conofciuto
Da me portarfi, e chiedemi, onde io l' abbia.
Io le racconto il tutto; indi ha faputo,
Che la forzata incognita fanciulla
Ella è la Filomena, e 'l figlio nato
Per un tal fatto; onde ho fommo piacere,
Che tante cofe fortunate, e liete,
Ora per mia cagione ella fi goda;
Benchè, ritorna a dir, le meretrici
Non fogliono ciò far: che a noi non torna,
Che l' amante per nozze fi rallegri.
Ma io non fon di quelle, e per guadagno
Cattivo ufizio io non farò giammai.
Mentre mi fu permeffo, egli fu meco
Feftevole, benigno, e tutto grazia:
Or mi fon dure, è vero, e lo confeffo,
Queffe fue nozze; e folo mi conforta,
Che feco io mi portai di tal maniera,
Ch' egli preffa non l' ha per farmi ingiuria.
Dall' altra parte poi egli è dovere
Sopportar qualche incomodo da quello,
Per cui goduti abbiam di molti comodi.

Act. V. Scena IV.

Pam. VIde, mi Parmeno, etiam fodes, ut mi haec certa, & clara attuleris; Ne me in breve hoc conjicias tempus, gaudio hoc falso frui. *Parm.* Visum est. *Pam.* certone [a]? *Parm.* Certe. *Pam.* Deus sum, si hoc ita est. *Parm.* Verum reperies.

Pam. Mane dum, fodes: timeo, ne aliud esse [b] credam, atque aliud nuncies. *Parm.* Maneo. *Pam.* Sic te dixisse opinor, invenisse Myrrhinam, Suum anulum habere Bacchidem. *Parm.* Factum. *Pam.* Eum, quem ego [c] olim ei dedi: Eaque hoc te nunciare mihi jussit: itane factum? *Parm.* Ita, inquam. *Pam.* Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?

Egon[a]

VARIANTES LECTIONES

a certen? *In utroque Codice.* *b* esse *Deest.* *c* ego *Deest in utroque Codice.*

Panfilo, Parmenone, e Bacchide.

Panf. *AVverti, Parmenon, che queste cose,*
Che tu mi narri, sieno certe e chiare;
Acciocchè in poco tempo poi non debba
D' ogni speranza rimaner deluso.
Parm. *Si è ben considerato.* Panf. *E questo è certo?*
Parm. *E'certo.* Panf. *Io son un Dio, se questo è vero.*
Parm. *Vero lo troverai.* Panf. *Fermati ancora,*
Ti prego, un poco; temo tuttavia,
Che tu m' inganni, e non mi dica il vero.
Parm. *Non mi muovo.* Panf. *A me par, che così appunto*
Abbi tu detto, come la Mirrina
Vide il suo anello aver Bacchide in dito.
Parm. *Così è.* Panf. *Quell' anello, che una volta*
Io le donai; e che di suo comando
Tu questo mi dicesti: è così il fatto?
Parm. *Egli è così.* Panf. *Chi più di me felice*
Può ritrovarsi, e più colmo di gioja?

Ed

Egon' te pro hoc nuncio quid donem? quid? quid? nescio.
Parm. At ego scio. *Pam.* Quid? *Parm.* Nihil enim.
Namque [a] in nuncio, neque in me ipso tibi boni quid sit,
Scio. *Pam.* Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,
Sinam, sine munere a me abire? ah nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me expectat credo: adibo. *Bac.* Salve, Pamphile.
Pam. O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea.
Bac. Bene factum, & volupe 'st. *Pam.* Factis, ut credam, facis:
Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,
Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocumque adveneris,
Semper siet. *Bac.* At tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines,
Ut unus omnium homo te vivat nunquam quisquam [b] blandior.
Pam. Ha, ha, hae, tun' mihi istuc? *Bac.* Recte amasti, Pamphile, uxorem tuam:
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.
Perliberalis visa est. *Pam.* Dic verum. *Bac.* Ita me dii ament, Pamphile.
Pam. Dic mihi, harum rerum numquid dixti jam patri [c]? *Bac.* Nil.
Pam. Neque opus est:
Adeo mutito: placet hoc non fieri itidem, ut in comoediis,
Omnia ubi omnes resciscunt; hic [x], quos par fuerat rescisce re,
Sciunt;

VARIANTES LECTIONES

a Nam neque. *In utroque Codice.* b quisquam *Deest.* c dixti meo patri?
x hi.

Ed io qual ti darò per sì gran nuova
Degna mercede, e qual farà giammai?
Parm. *Io però folla.* Panf. *Quale?* Parm. *Nulla affatto;*
Perchè non so, che cosa sia di buono
In questa nuova, e in me, che te la porto.
Panf. *Che io ti lasci partir senza mercede,*
Quando da morte m' hai tornato in vita!
Ah non tenermi mai per tanto ingrato.
Ma Bacchide vegg' io, che sta full' uscio;
Credo, ch' ella mi aspetti: Andronne a lei.
Bac. *Panfilo, ti saluto.* Panf. *O bella Bacchide,*
Bella Bacchide mia, mia salvatrice.
Bac. *Andò bene la cosa, e n' ho piacere.*
Panf. *Operi tu co' fatti, onde io ti creda,*
E veggio ben, che sempre tu ritieni
La solita tua grazia, per la quale
O in te mi abbatta, o ragionar ti ascolti,
O dovunque tu giunga, tu mi sei
Sempre cara. Bac. *Di te posso a ragione*
Dir ciò, che in nulla ti veggio mutato,
E sei qual fosti amabile, e gentile,
E lo sei tanto, che non vive alcuno
Tra gli uomini, di te che abbia più grazia.
Panf. *Ah ah sì belle lodi a me tu dai?*
Bac. *Con ragione ami tu la tua consorte,*
Che fino ad ora io non avea veduta,
E m' è paruta certo onesta, e bella.
Panf. *Veramente?* Bac. *Così m' amin gli Dei,*
Panfilo mio, siccome io dico il vero.
Panf. *Or dimmi un poco, hai tu di queste cose*
Nulla detto a suo padre? Bac. *Nulla affatto.*
Panf. *Ne ve n' era bisogno, e però siegui*
A tacerle: che il fare ciò, che fassi
Nelle Commedie, dove tutto a tutti
Si ha da narrar, dispiacemi all' estremo.
Qui la cosa, che importa, che si sappia,

Sciunt; quos non autem ſcire aequom eſt, neque reſciſcunt, neque ſcient.
Bac. Imo etiam, hoc qui occultari poſſe [1] facilius credas, dabo.
Myrrhina ita· Phidippo dixit, jurijurando ſe meo
Fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum. *Pam.* Eſt optume:
Speroque, rem hanc eſſe eventuram nobis ex ſententia.
Parm. Here, licet ſcire ex te [2], hodie quid ſit, quod feci boni?
Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? *Pam.* Non [a]. *Parm.* Suſpicor tamen.
Egone ab Orco hunc mortuum? quo pacto? *Pam.* Neſcis, Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta aerumna extraxeris.
Parm. Imo vero ſcio, neque hoc imprudens feci. *Pam.* Ego iſtuc ſati' ſcio.
Parm. An
Temere quidquam Parmenonem [b] praetereat, quod facto uſu' ſit?
Pam. Sequere me intro, Parmeno. *Parm.* Sequor. Equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem unquam. Plaudite.

VARIANTES LECTIONES

b Non licet. *In utroque Codice.* *b* Parmeno.
1 poſſe *Deeſt.* 2 licetne, me ſcire ex te hodie.

Que' già la ſan, che debbono ſaperla;
Gli altri non già, a qua' non è ragione
Il dirla, e queſti non ſapranla mai.
Bac. *Anzi, perchè più facilmente poſſa*
Celarla, io ti vo' dir quel, ch' è paſſato.
Hai da ſaper, come a Fidippo diſſe
Mirrina aver creduto a' giuri miei,
E che perciò l' eri tornato in grazia.
Panf. *Beniſſimo: ed ho ſpeme omai ſicura,*
Che ci andrà queſta coſa a noſtro modo.
Parm. *Padrone, ſi potria da te ſapere,*
Che coſa in oggi abbia io fatto di buona,
O che coſa trattate tra voi due?
Panf. *Non ſi può.* Parm. *Ma forſe io me l' indovino.*
Ma come ho fatto a far tornare in vita
Il mio padrone? Panf. *Parmenon, non ſai*
In queſto giorno il ben, che tu mi hai fatto,
E da quante miſerie tu mi hai tolto.
Parm. *Lo ſo, ne quel, che feci, io feci a caſo.*
Panf. *A baſtanza mi è noto.* Parm. *Parmenone*
Non è di quelli, che traſcuri un jota
Di ciò, ch' egli far dee pe 'l ſuo padrone.
Panf. *Vien meco in caſa, Parmenone.* Parm. *Io vengo.*
Aſſè che ho fatto in oggi aſſai più bene
Senza ſaperlo, che a' miei dì giammai
Faceſſi, ancor che io ci penſaſſi a farlo.
Date plauſo.

Fine dell' Ecira.

SENTNE-

SENTENTIAE TERENTIANAE

ALPHABETICO ORDINE DIGESTAE, ET AD CERTA REDACTAE CAPITA.

Primus Numerus Actum, Scenam alter indicat: postremus vero paginam Tomi, in quo unaquaeque legitur.

A

ADOLESCENS.

QUI scire posses, ingenium noscere (*Adolescentis*)
Dum aetas, metus, magister prohibebant? *Andr. I. 1. Tom. I.* *pag.* 10
Plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos. *And. I. 1. Tom. I.* *Ibid.*
Id vero est, quod ego mihi puto palmarium,
Me repperisse, quo modo Adolescentulus
Meretricum ingenia, & mores posset noscere,
Mature ut quum cognorit, perpetuo oderit. *Eun. V. 4. Tom. I.* *pag.* 157

AEGRITUDO.

Vulgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus. *Heaut. III. 1. Tom. I.* *pag.* 206

AEGROTUS.

Facile omnes quum valemus, recta consilia aegrotis damus. *And. II. 1. Tom. I.* *pag.* 28

AERUMNA.

Omnes, quum secundae res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant. *Phor. I. 5. Tom. II. pag.* 110

AETAS.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, usus semper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quae tu scire credas, nescias,
Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies. *Adel. V. 4. Tom. II.* *pag.* 72

ALIENA QUAERERE.

Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius ut videant, & dijudicent,
Quam sua? An eo fit, quod in re nostra aut gaudio
Sumus praepediti nimio, aut aegritudine? *Heaut. III. 1. Tom. I.* *pag.* 210

AMARE.

Omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. *And. I. 2. Tom. I.* *pag.* 18
Amantium ira amoris integratio est. *And. III. 3. Tom. I.* *pag.* 47
(*Qui amant*) Advertunt graviter, quae non censeas. *Heaut. III. 3. Tom. I.* *pag.* 215
Qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte duco;
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam adfert. *Hec. III. 2. Tom. II.* *pag.* 198

AMICITIA.

Errat, qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 13

AMICUS.

Amici res est videnda, in tuto ut collocetur. *Heaut. IV. 2. Tom. I.* *pag.* 225
Vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia. *Adel. V. 3. Tom. II.* *pag.* 69

AMOR.

In Amore haec omnia insunt vitia, injuriae,
Suspiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rursum. Incerta haec si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias. *Eun. I. 1. Tom. I.* *pag.* 94
Adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eumdem esse? *Eun. II. 1. Tom. I.* *pag.* 104

AMOR SUI.

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quam alteri. *And. II. 5. Tom. I.* *pag.* 37
Vah! quemquam hominem in animo instituere, aut
Parare, quod sit carius, quam ipse est sibi? *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 12

ANIMUS.

Mala mens, malus animus. *And. I. 1. Tom. I. pag.* 15
Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. *And. I. 5. Tom. I. pag.* 25
Quanto tuus est animus natura gravior, tanto sit ignoscentior. *Heaut. IV. 1. Tom. I. pag.* 220

(*Bona*) perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona, illi, qui non utitur recte, mala. *Heaut. I. 2. Tom. I.* *pag.* 189
Ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,
Necesse est consilia consequi consimilia. *Heaut. I. 2. Tom. I.* *pag.* 190

AVARITIA.

Vide, Avaritia quid facit. *Phor. II. 2. Tom. II.* *pag.* 117

B

BENEFACERE.

ID demum juvat, si quem est aequum facere, is benefacit. *Adel. II. 3. Tom. II.* *pag.* 26

BENEFICIUM.

Commemoratio
Quasi exprobatio est immemoris Benefici. *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 10
Quem beneficio adjungas, ex animo facit,
Studet par referre, praesens, absensque idem erit. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 14
Beneficium verbis initum re comprobes. *And. V. 1. Tom. I.* *pag.* 69
Abs quivis homine, quum opus est, beneficium accipere gaudeas. *Adel. II. 3. Tom. II. pag.* 26

BENIGNUS.

Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos. *Phor. V. 2. Tom. II.* *pag.* 148

BONA.

Perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala. *Heaut. I. 2. Tom. I.* *pag.* 189

BONUM ET AEQUUM IGNORANTES.

Quid cum illis agas, qui neque bonum, atque aequum sciunt?
Melius, pejus profit, obsit: nihil vident, nisi quod lubet. *Heaut. IV. 1. Tom. I.* *pag.* 220

C

CAVERE.

QUod cavere possis, stultum admittere est. *Eun. IV. 6. Tom. I.* *pag.* 143

CIBUS.

Viden' otium, & cibus quid facit alienus? *Eun. II. 2. Tom. I.* *pag.* 107

COACTIO.

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit,
Studet, par referre; praesens, absensque idem erit. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 13

COITIO.

Prima coitio acerrima est;
Si eam sustinueris, postilla jam, ut lubet, ludas licet. *Phor. II. 1. Tom. II.* *pag.* 116

COMMODUM.

Multa ex quo fuerint commoda, ejus
Incommoda aequum est ferre. *Hec. V. 3. Tom. II.* *pag.* 233

CONJECTURA.

Multa in homine
Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit. *Adel. V. 3. Tom. II.* *pag.* 70

CONSILIUM.

Facile omnes quum valemus, recta consilia aegrotis damus. *And. II. 1. Tom. I.* *pag.* 28
Quae res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes. *Eun. I. 1. Tom. I.* *pag.* 94
Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? *Heaut. V. 1. Tom. I.* *pag.* 242

CONSUETUDO.

Quotidianae vitae consuetudo
Cujusque ingenium sit, declarat maxime. *Heaut. II. 2. Tom. I.* *pag.* 197

CONTUMELIA.

Contumelia est, hominem amicum ad te recipere,
Atque ejus amicam subagitare. *Heaut. III. 3. Tom. I.* *pag.* 214

CUPIDITAS.

Ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,
Necesse est consilia consequi consimilia. *Heaut. I. 2. Tom. I.* *pag.* 190

D

DARE.

POtior (*est*), qui prior ad dandum est. *Phor. III. 2. Tom. II.* *pag.* 128

DICTUM.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius. *Eun. in Prologo. Tom. I.* *pag.* 92

DII.

Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum propriae sunt. *And. V. 5. Tom. I.* *pag.* 80

DIVITES.

Quam inique comparatum est, ii qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus! *Phor. I. 1. Tom. II.* *pag.* 95

DOMINA.

Magnum signum est, Dominam esse extra noxiam,
Quum ejus negliguntur internuncii. *Heaut. II. 2. Tom. I.* *pag.* 198

F

FACERE.

PAulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria? *And. IV. 5. Tom. I.* *pag.* 66

FACILITAS.

Re ipsa repperi,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia. *Adel. V. 4. Tom. II.* *pag.* 72

FACINUS.

Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. *Heaut. II. 2. Tom. I.* *pag.* 199

FALLACIA.
Fallacia alia aliam trudit. *And. IV. 5. Tom. I.* *pag.* 65
Magnarum saepe remedium aegritudinum est. *Heaut. III. 2. Tom. I.* *pag.* 212
FAMILIARITAS.
Saepe ex malo principio magna familiaritas
Conflata est. *Eun. V. 2. Tom. I.* *pag.* 153
FERRE.
Quod est ferendum feras. *Phor. II. 2. Tom. II. pag.* 121
FIDES.
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere, ei verba credere? *Phor. I. 2. Tom. II.* *pag.* 97
FILIUS.
Qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit caeteros. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 13
Pudore & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quam metu. *Ibid.*
Quem ferret, si parentem non ferret suum?
Heaut. I. 2. Tom. I. *pag.* 190
FORTE.
Quam saepe forte temere
Eveniunt, quae non audeas optare! *Phor. V. 1. Tom. II.* *pag.* 147
FORTUNA.
Fortes fortuna adjuvat. *Phor. I. 4. Tom. II. pag.* 106
O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!
Hec. III. 3. Tom. II. *pag.* 203
FUGERE.
Ita fugias, ne praeter casam. *Phor. V. 2. Tom. II.* *pag.* 148

H

HERUS.
HErum fallere
Magnarum saepe remedium aegritudinum est. *Heaut. III. 2. Tom. I.* *pag.* 212
HOMO.
Vah! quemquamne hominem in animo instituere, aut
Parare, quod sit carius, quam ipse est sibi?
Adel. I. 1. Tom. II. *pag.* 12
Ingenium est
Omnium hominum a labore proclive ad libidinem. *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 11
Non licet hominem esse saepe ita, ut vult, si res non sinit. *Heaut. IV. 1. Tom. I. pag.* 221
Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:
Si illud, quod maxime opus est, jactu non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
Adel. IV. 7. Tom. II. *pag.* 63
Quot homines, tot sententiae. Suus cuique mos est. *Phor. II. 3. Tom. II.* *pag.* 123
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt. *Eun. II. 2. Tom. I.* *pag.* 106
HUMILIS.
Ut res dant sese, ita magni, atque humiles sumus. *Hec. III. 3. Tom. II.* *pag.* 201

I

IMMORTALITAS.
IMmortalitas parta est, si nulla aegritudo gaudio intercesserit. *And. V. 5. Tom. I.* *pag.* 80
IMPERITIA.
Homine imperito nunquam quidquam injustius;
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
Adel. I. 2. Tom. II. *pag.* 16
IMPERIUM.
Errat, qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod sit, quam illud, quod amicitia adjungitur. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 13
IMPRUDENTIA.
Quae res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
Eun. I. 1. Tom. I. *pag.* 94
Quod cavere possis, stultum admittere est. *Eun. IV. 6. Tom. I.* *pag.* 143
IMPUNITAS.
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit; sed quod is, qui facit. *Adel. V. 3. Tom. II.* *pag.* 70
INCIPERE.
Haec dum incipias, gravia sunt;
Dumque ignoras, ubi cognoris, facilia. *Heaut. V. 5. Tom. I.* *pag.* 254
INDUSTRIA.
Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria? *And. IV. 5. Tom. I.* *pag.* 66
INVESTIGARE.
Nihil tam difficile, quin quaerendo investigari possit. *Heaut. IV. 1. Tom. I.* *pag.* 223
INVITUS.
Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
Quam invitus facias. *Heaut. IV. 5. Tom. I. pag.* 233
IRA.
Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, injurias
Faciunt. *Hec. III. 1. Tom. II.* *pag.* 195
JUDEX.
Judices saepe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi.
Phor. I. 5. Tom. II. *pag.* 111
JUS.
Jus summum saepe summa malitia est. *Heaut. IV. 4. Tom. I.* *pag.* 231
JUVARE.
Id demum juvat, si quem est aequum facere, is benefacit. *Adel. II. 3. Tom. II.* *pag.* 26

L

LAUS.
FAcile omnes perferre, ac pati;
Cum quibus (*sis*) cumque una, iis (*te*) dedere,
Eorum obsequi studiis, adversus nemini,
Nunquam praeponens (*te*) aliis, ita facillime

Sine invidia invenias laudem, & amicos pares.
And. I. 1. Tom. I. *pag.* 11

LICENTIA.

Deteriores omnes sumus licentia. *Heaut. III. 1. Tom. I.* *pag.* 209

LITES.

Lites sequi, quam sit facile, atque utile,
Aliorum exempla commonent. *And. IV. 6. Tom. I.* *pag.* 68

LUPUS.

Ovem Lupo commisisti. *Eun. V. 1. Tom. I.* *pag.* 150
Lupus in fabula. *Adel. IV. 1. Tom. II.* *pag.* 47

M

MALI.

NOstrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. *Phor. V. 2. Tom. II.* *pag.* 148

MALIS ALIENIS GAUDERE.

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius sua comparet ut commoda? *And. IV. 1. Tom. I.* *pag.* 53
Aliud ex alio malum. *Eun. V. 6. Tom. I.* *pag.* 162

MATER.

Nulla est, quin gnatum velit
Ducere uxorem, & quae (*ei*) placita conditio est, datur:
Ubi duxere impulsu (*ipsius*, *ipsius*) impulsu eadem exigunt. *Hec. II. 1. Tom. II.* *pag.* 189
Matres student (*filias*)
Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient.
Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt; deducunt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas:
Itaque ergo amantur. *Eun. II. 3. Tom. I.* *pag.* 110

MENS.

Mala mens, malus animus. *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 15

MERETRICES.

Dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans:
Quae, cum amatore suo cum coenant, liguriunt.
Earum videre ingluviem, sordes, inopiam,
Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi;
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent:
Nosse omnia haec, salus est adolescentulis. *Eun. V. 4. Tom. I.* *pag.* 158
Quam paucos reperias meretricibus
Fideles evenire amatores! *Hec. I. 1. Tom. II.* *pag.* 179

MILVIUS.

Non rete Accipitri tenditur, neque Milvio,
Qui malefaciunt nobis; illis, qui nil faciunt, tenditur. *Phor. II. 1. Tom. II.* *pag.* 115

MOLESTIA.

Ubi quid in animo est molestiae,
Aliam rem ex alia cogitare (*incipimus*), & ea omnia in
Pejorem partem. *Eun. IV. 2. Tom. II.* *pag.* 132

MOS.

Suus cuique mos. *Phor. II. 3. Tom. II.* *pag.* 123

MULIERES.

Nolunt ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Eun. IV. 7. Tom. I.* *pag.* 148
Dum moliuntur, dum comantur, annus est. *Heaut. II. 2. Tom. I.* *pag.* 194
Quod hoc genus est? quae conjuratio?
Ut omnes mulieres eadem aeque studeant, nolintque omnia:
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias:
Viris esse adversas, aeque studium est, similis pertinacia est;
In eodem omnes videntur ludo doctae ad malitiam. *Hec. II. 1. Tom. II.* *pag.* 187
Mulieres aeque omnes invisae viris
Propter paucas, quae omnes faciunt, dignae ut videamur malo. *Hec. II. 3. Tom. II.* *pag.* 193
Mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Hec. III. 1. Tom. II.* *pag.* 196
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? *Hec. IV. 4. Tom. II.* *pag.* 221

N

NARRARE.

NIhil est,
Quin male narrando possit depravarier. *Phor. IV. 4. Tom. II.* *pag.* 142

NAVIGARE.

Non hercle verbis dici potest
Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. *Hec. III. 4. Tom. II.* *pag.* 204

NEQUID NIMIS.

Id arbitror,
Adprime in vita utile esse, ut nequid nimis. *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 11

NOBILIS.

Quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles;
Tam maxime vos aequo animo noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos. *Adel. III. 5. Tom. II.* *pag.* 44

NODUS.

Nodum in scirpo quaeris. *And. V. 4. Tom. I.* *pag.* 78

NUPTA.

Nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregata est. *Hec. V. 2. Tom. II.* *pag.* 203

O

OBJURGATIO.

SI illum objurges, vitae qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 14

OBSE-

OBSEQUIUM.
Obsequium amicos, Veritas odium parit. *And. I. 1. Tom. I. pag.* 11
Nostrum est intelligere, utcunque, atque ubicunque opus sit, obsequi. *Heaut. III. 3. Tom. I. pag.* 215
OTIUM.
Tantumne ab re tua est otii tibi,
Aliena ut cures, eaque nihil, quae ad te attinent? *Heaut. I. 1. Tom. I. pag.* 182

P

PAR.
Par pari referto. *Eun. III. 1. Tom. I. pag.* 118
PARENTES.
Parentum injuriae
Unius modi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis:
Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier:
Praebent exigue sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. *Heaut. I. 2. Tom. I. pag.* 190
Aequum esse censent, nos (*filios*) jam a pueris illico nasci senes:
Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, quae est, non quae olim fuit. *Heaut. I. 3. Tom. I. pag.* 191
Parenti potius, quam amori obsequi
Oportet. *Hec. III. 4. Tom. II. pag.* 106
PATER.
Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri. *And. V. 3. Tom. I. pag.* 75
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest. Hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis. *Adel. I. 1. Tom. II. pag.* 14
PATER FAMILIAS.
Pericla, damna, exilia peregrè rediens semper cogitet,
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae:
Communia esse haec, fieri posse, ut nequid animo sit novum:
Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Phor. I. 5. Tom. II. pag.* 110
PAUPERES.
Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quomodo
Suspicioši: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. *Adel. IV. 3. Tom. II. pag.* 53
Quam inique comparatum est, ii qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus! *Phor. I. 1. Tom. II. pag.* 95
PECUNIA.
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. *Adel. II. 2. Tom. II. pag.* 24
PERCONCTARI.
Tua quod nil refert, perconctari desinas. *Hec. V. 3. Tom. II. par.* 232
POENITERE.
Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet poenitet. *Phor. I. 3. Tom. II. pag.* 104
PERICULUM.
Hoc scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet. *Heaut. I. 2. Tom. I. pag.* 190
PUERI.
Pueri inter sese quam pro levibus noxis iram gerunt!
Quapropter? Quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt. *Hec. III. 1. Tom. II. pag.* 196

R

RESTITUTIO.
Ut nunc sunt mores, adeo res redit;
Siquis quid reddit, magna habenda est gratia. *Phor. I. 2. Tom. II. pag.* 97
RETE.
Non Rete accipitri tenditur, neque milvio,
Qui male faciunt nobis; illis, qui nil faciunt, tenditur. *Phor. II. 1. Tom. II. pag.* 115
RURIS COMMODA.
Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit:
Ubi satias coepit fieri, commuto locum. *Eun. V. 6. Tom. I. pag.* 161
REX.
Nemo satis pro merito gratiam regi refert. *Phor. II. 1. Tom. II. pag.* 116

S

SAPIENS.
Labore alieno magno partam gloriam
Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem. *Eun. III. 1. Tom. I. pag.* 115
Hoc scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet. *Heaut. I. 2. Tom. II. pag* 190
Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet. *Eun. IV. 7. Tom. I. pag.* 147
Istud est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quae futura sunt,
Prospicere. *Adel. III. 4. Tom. II. pag.* 37
Istuc est sapere, qui ubicunque opus sit, animum possis flectere. *Hec. IV. 3. Tom. II. pag.* 217
Dictum sapienti sat est. *Phor. III. 3. Tom. II. pag.* 129
SCIRPUS.
Nodum in scirpo quaerere. *And. V. 4. Tom. I. pag.* 78
SECUNDAE RES.
Omnes, quum secundae res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant. *Phor. I. 5. Tom. II. pag.* 110
SENECTUS.
Ad omnia alia aetate sapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus,

Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt. *Adel. V. 3. Tom. II.* *pag.* 70
Vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. *Adel. V. 8. Tom. II.* *pag.* 80
Odioſa haec aetas eſt adoleſcentulis. *Hec. IV. 3. Tom. II.* *pag.* 218
Senectus ipſa eſt morbus. *Phor. IV. 1. Tom. II. pag.* 132

SENEX.

Seni verba dare difficile eſt. *And. I. 3. Tom. I. pag.* 20
Senes eſt aequum ſenibus obſequi. *Heaut. III. 1. Tom. I.* *pag.* 206

SENTENTIA.

Quot homines, tot ſententiae. Suus cuique mos eſt. *Phor. II. 3. Tom. II.* *pag.* 123

SERVUS.

Is profecto Servus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curae eſt. *Adel. V. 6. Tom. II. pag.* 75

SOCRUS.

Uno animo omnes ſocrus oderunt nurus. *Hec. II. 1. Tom. II.* *pag.* 187

SOMNIARE.

Somniat ea, quae vigilans voluit. *And. V. 6. Tom. I.* *pag.* 81

SORS.

Quod ſors feret, feremus aequo animo. *Phor. I. 2. Tom. II.* *pag.* 101

SPES.

Spem pretio non emo. *Adel. II. 2. Tom. II. pag.* 24
Modo liceat vivere, ſpes eſt. *Heaut. V. 2. Tom. I.* *pag.* 246
Commodius eſſe opinor, duplici ſpe utier. *Phor. IV. 2. Tom. II.* *pag.* 135

STIMULUS.

Inſcitia eſt
Adverſum ſtimulum calces. *Phor. I. 2. Tom. II. pag.* 98

STULTUS.

Dii immortales! homini homo quid praeſtat? Stulto intelligens
Quid intereſt? *Eun. II. 2. Tom. I.* *pag.* 105

V

VELLE.

Quoniam id fieri, quod vis, non poteſt, velis id quod poſſit. *And. II. 1. Tom. I. pag.* 27
Sic ut quimus, quando ut volumus, non licet. *And. IV. 6. Tom. I.* *pag.* 63
Ut quiſque ſuum vult eſſe, ita eſt. *Adel. III. 4. Tom. II.* *pag.* 38
Non licet, hominem eſſe ſaepe ut vult, ſi res non ſinit. *Heaut. IV. 1. Tom. I.* *pag.* 221

VENUS.

Sine Cerere, & Libero friget Venus. *Eun. IV. 5. Tom. I.* *pag.* 140

VERITAS.

Veritas odium parit. *And. I. 1. Tom. I.* *pag.* 11

VICISSITUDO.

Omnium rerum viciſſitudo eſt. *Eun. II. 2. Tom. I.* *pag.* 107

VIDUA.

Viduam extrudi turpe eſt. *Phor. V. 7. Tom. II. pag.* 161

VIS.

Errat, qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. *Adel. I. 1. Tom. II.* *pag.* 13

VIVERE.

Diſce, quid ſit vivere. *Heaut. V. 2. Tom. I.* *pag.* 245
Modo liceat vivere, ſpes eſt. *ibid.* *pag.* 246

ULCISCI.

Injurium eſt ulciſci adverſarios,
Aut qua via caprent te illi, eadem ipſos capi. *Hec. I. 1. Tom. II.* *pag.* 180

VOLUPTAS.

Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod voluptates eorum propriae ſunt. *And. V. 5. Tom. I.* *pag.* 80
Voluptati obſequens haud multum haeredem adjuvat. *Hec. III. 5. Tom. II.* *pag.* 207

USUS.

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu fiet. *Heaut. I. 2. Tom. I.* *pag.* 190
Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, uſus ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quae tu ſcire credas, neſcias:
Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies. *Adel. V. 4. Tom. II.* *pag.* 72

UXOR.

Evenire ea ſatius eſt,
Quae in te uxor dicit, & quae in animo cogitat
Irata, quam illa, quae parentes propitii. *Heaut. I. 1. Tom. I.* *pag.* 11

PHRASES TERENTIANAE

Primus Numerus Actum, ſecundus Scenam, tertius Verſum indicat.

A Facundia multum poſſe. *Heaut. Prol. ver.* 13.
A fratre exire, *i. e. e domo fratris. Phorm.* V. 1. 5. *Comici non raro incolam pro domo ejus uſurpant. And.* I. 3. 22. *Eun.* III. 4. 7. III. 5. 64. & IV. 3. 21. *Heaut.* I. 1. 122. III. 2. 50. *Adel.* V. 7. 12. *Phor.* V. 1. 5. & V. 3. 12. *Hec.* V. 3. 9.
A parvulo. *And.* I. 1. 8. *Adel.* I. 1. 23.
A Villa mercenarius. *Adel.* IV. 2. 2.
Ab eo *pro ejus. And.* I. 1. 129. *Eun.* III. 5. 9.
Abducere ſibi convivam. *Eun.* III. 1. 17. Advocatum. *Adel.* IV. 5. 11.
Ab hinc triennium *i. e. ante. And.* I. 1. 42. *Phor.* V. 8. 28. *Hec.* V. 3. 24.
Abhorrere ab re uxoria, *i. e. a ducenda uxore. And.* V. 1. 10.
Abi hinc in malam rem. *And.* II. 1. 19. *Eun.* III. 3. 30.
Abigere aliquem rus, *i. e. pellere rus. Adel.* III. 4. 38.
Abradi, *i. e. per vim auferri. Phor.* II. 1. 19.
Abripi in cruciatum. *And.* IV. 5. 47.
Abſente nobis *pro Abſentibus mihi. Eun.* IV. 3. 7.
Abſolvere hominem, *i. e. dimittere. Adel.* II. 4. 13. & 18.
Abſque eo eſſet *pro Si abſque eo. Phor.* I. 4. 11.
Abſumi cura & ſumptu, *i. e. confici. Phor.* II. 1. 26.
Abundare amore. *Phor.* I. 3. 11.
Accidere ad genua, *i. e. ſupplicem fieri. Hec.* III. 3. 18.
Acceſſit haud invito ad aures meas. *h. e. haud invitus audivi. Hec.* III. 5. 32.
Accipere conditionem. *And.* I. 1. 52. aliquem bene & prolixe. *Eun.* V. 10. 34. quid aliorſum, atque alii faciunt. *Eun.* I. 2. 2. omnia ad contumeliam. *Adel.* IV. 3. 14. auribus. *Hec.* III. 3. 3.
Accipi indignis modis. *Adel.* II. 1. 12.
Actum agere. *Adel.* II. 2. 24.
Actutum, *i. e. confeſtim. Adel.* IV. 4. 24. *Phor.* V. 6. 13.
Ad *pro apud. Heaut.* III. 3. 43. *Phor.* IV. 2. 8.
Ad aliquem proviſere. *Adel.* V. 6. 1.
Ad pauca ut redeam. *Phor.* IV. 3. 43.
Ad ingenium redire. *Adel.* I. 1. 46. *Hec.* I. 2. 38.
Ad rem avidior. *Eun.* I. 2. 51. attentior. *Adel.* V. 3. 48.
Ad reſtim mihi res redit. *Phor.* IV. 4. 5.
Ad ſcopulum e tranquillo inferre. *Phor.* IV. 4. 8.
Adbibere plus paulo. *Heaut.* I. 3. 8.
Addere alicui animum. *Heaut.* III. 2. 31.
Adeo res redit *pro eo res redit. Heaut.* I. 1. 61. *Phor.* I. 2. 5. & I. 3. 1.
Adeſdum, *i. e. mane. And.* I. 1. 2.
Adigere aliquem ad inſaniam. *Adel.* I. 2. 31.
Adimere ſpem, metum, curam &c. *And.* II. 2. 2. *Phor.* V. 6. 47.
Adire magiſtratum. *Phor.* II. 2. 56.
Adjumenti nihil aderat ad pulchritudinem. *Phor.* I. 2. 54.
Adjungere ſibi aliquem beneficio. *Adel.* I. 1. 47.
Adjutare funus. *Phor.* I. 2. 49. aliis onera. *Hec.* III. 2. 24.
Adjutor ſim ejus iracundiae. *Adel.* I. 2. 66.
Admittere indigna genere ſuo. *Adel.* III. 4. 45. delictum in ſe. *Ibid.* IV. 5. 48. ſcelus. *Heaut.* V. 2. 3. *Phor.* I. 5. 40. & II. 2. 68. *Eun.* V. 2. 14.
Adoptare ſibi. *Adel.* I. 1. 22. Adoptandum alicui dare filium ſuum. *Adel.* I. 2. 34. & III. 5. 17.
Adoriri aliquem jurgio. *Adel.* III. 4. 41.
Adfido. *Heaut.* I. 1. 72.
Adſtringere alicui fidem. *Eun.* I. 2. 22.
Advocatum venire alicui. *Adel.* IV. 5. 43.
Aedepol nae. *Hec.* II. 3. 1. & V. 3. 1.
Aegritudinem gaudio intercedere. *And.* V. 5. 5.
Aepol. *Hec.* I. 2. 83.
Aequalis, *i. e. ejuſdem aetatis. And.* II. 6. 23. *Eun.* II. 3. 35. *Heaut.* III. 1. 8. *Adel.* III. 5. 20.
Aequanimitas. *Adel. Prol. v.* 24. *Phor. Prol. v.* 35.
Aequi bonique facere. *Heaut.* IV. 4. 40.
Aetatis longinquitas, *i. e. Senectus. Hec.* IV. 2. 20.
Aetatem agere inter ſe una. *Hec.* II. 1. 10. exigere. *Adel.* V. 4. 16. conterere. *Ibid.* 15.
Affinis rerum, *i. e. particeps. Heaut.* I. 3. 3.
Afflictare ſe. *Eun.* I. 1. 31.
Age age. *And.* II. 1. 12. *Heaut.* II. 2. 91. IV. 2. 44. *Adel.* V. 8. 20. *Phor.* IV. 3. 57.
Agedum. *Eun.* IV. 4. 27. *Heaut.* II. 2. 69. *Phor.* V. 3. 1. *Hec.* III. 1. 35.
Age prolixe. *Adel.* V. 8. 20.
Agitare quid ſecum ſedulo. *Phor.* IV. 3. 10. convivium. *Hec.* I. 2. 18.
Aliorſum quid accipere, *i. e. in aliam partem. Eun.* I. 2. 2.
Aliquid monſtri alere. *And.* I. 5. 16.
Aliud alii vitii eſt. *Hec.* II. 2. 28.
Alligare ſe furti. *Eun.* IV. 7. 39.
Ambigere de finibus, *i. e. contentionem habere de finibus. Heaut.* III. 1. 93.
Amicos ſibi jungere. *Hec.* V. 2. 32.
Amolimini vos hinc. *And.* IV. 2. 24.
Amoris ſatietatem ſumere. *Phor.* V. 5. 6.
Amovere metum, *i. e. depellere. And.* I. 2. 10. opinionem a ſe. *Ibid.* III. 2. 30.
Amplior, *i. e. gravior* ira *vel* morbus. *Hec.* III. 1. 9. & 50.
Animadvertendum facinus, *i. e. ſupplicio dignum. And.* IV. 5. 28.
Animam comprimere, *i. e. oris halitum. Phor.* V. 6. 29. recipere. *Adel.* III. 2. 26.
Animo omiſſo eſſe. *Heaut.* V. 2. 9.
Animum addere. *Heaut.* III. 2. 31. reddere. *And.* II. 1. 35. advertere. *And. Prol. v.* 8. *Eun.* III. 1. 7. *Heaut.* IV. 1. 43. *Phorm.* V. 7. 16. attendere. *Phorm. Prol. v.* 25. inducere. *And.* V. 1. 15. *Adel.* I. 1. 43. explere. *And.* I. 2. 18. & II. 2. 2. elicere. *Heaut.* V. 2. 2. occupare in. *Hec. Prol. v.* 4. mutare, *i. e. ſententiam. Phor.* V. 2. 9. appellere ad. *And. Prol. v.* 1. adjungere ad. *And.* I. 1. 29. appellere ad uxorem. *And.* II. 6. 15. adiicere ad virginem. *Eun.* I. 2. 63. inducere ad meretricem. *Hec.* IV. 4. 67. conferre aliquo. *Hec.* III. 1. 18.
Animus in patinis. *Eun.* IV. 7. 46.
Anteire aliquem ſapientia *Phor.* I. 5. 17.
Antevertere alicui, *i. e. praecedere. Eun.* IV. 5. 12.
Appellere animum ad *aliquid. And. Prol. v.* 1. II. 6. 15.
Applicare ſe ad aliquem. *And.* V. 4. 21. *Heaut.* II. 3. 13.
Adprime *i. e. in primis. And.* I. 1. 34. *Eun.* V. 5. 10. *Hec.* II. 2. 5.
Aram ſibi parare, *i. e. aſylum. Heaut.* V. 2. 22.
Arbitrum quemvis cedo. *Adel.* I. 2. 43.
Artem muſicam tractare. *Phor. Prol. v.* 18.
Aſſentari aliquid. *Eun.* II. 2. 22.
Aſtu quid providere. *And.* I. 3. 3. *Phor.* I. 4 5.
Aſymbolus. *Phor.* II. 1. 25.
Attendere animum. *Phor. Prol. v.* 25. & V. 6. 29.
At at, *vel* At. at. at. *interjectio quidquam de improviſo advertentis, vel aſpicientis. And.* I. 1. 98. *Eun.* IV. 5. 1. & IV. 6. 19. *Phor.* IV. 2. 10. & V. 7. 70. *Hec.* III. 4. 35.
Aufer te hinc. *Phor.* III. 3. 26.
Augere induſtriam alicui. *Adel. Prol. v.* 25.
Avidus ad rem. *Eun.* I. 2. 51.
Auſcultare alicui, *i. e. obtemperare. And.* I. 3. 4. *Heaut.* III. 3. 24.
Auctorem alicui eſſe, *i. e. ſuaſorem. And.* V. 8. 16. *vel* alicui rei. *Ibid.* IV. 5. 37.

B Eare aliquem. *And.* I. 1. 79.
Benefacis *vox approbantis. Adel.* IV. 3. 9. & V. 9. 13.
Bene fit tibi, *i. e. vale. Phor.* I. 2. 100.
Benigne dicis, *i. e. ſuaviter. Phor.* V. 8. 62.
Benigne praebere. *Hec.* V. 2. 2.
Blande dicere, *i. e. blanda verba. Adel.* V. 4. 24.

Bona venia abs te hoc peto. *Phor.* II. 2. 31.
Bona verba quaeso. *And.* I. 2. 34.
CEdere sermones, *i. e. plurimum loqui*. *Heaut.* II. 2. 1.
Calces adversum stimulum. *Phor.* I. 2. 28.
Canis ad venandum, *i. e. venaticus*. *And.* I. 1. 30.
Calcibus insultare fores. *Eun.* II. 2. 54.
Captare consilium. *And.* I. 1. 143. & II. 4. 1.
Caput huic rei est, *i. e. negocii praecipuus auctor*. *And.* II. 6. 28. *Adel.* IV. 2. 29.
Caput totum est tuber colaphis. *Adel.* II. 2. 37.
Cavere sibi loco. *Eun.* IV. 7. 12.
Causa liberali asserere aliquem manu. *Adel.* II. 1. 40.
Cautio est *pro cavendum est*. *And.* II. 3. 26. *Adel.* III. 4. 58.
Cedo dum. *Phor.* II. 1. 15.
Certum scire *pro certo*. *Eun.* V. 3. 12. *Phor.* I. 2. 98.
Certe hercle. *And.* III. 2. 15. *Phor.* III. 2. 38.
Circumcursare hac illac. *Heaut.* III. 2. 1.
Circumiri *pro decipi*. *Phor.* IV. 3. 9.
Circuitione uti. *And.* I. 2. 32.
Civis hinc. *And.* V. 1. 14.
Clam omnes, clanculum patrem. *Adel.* I. 1. 27. *Hec.* III. 3. 36.
Claudi tibi ullum commodum in me nolo. *And.* III. 3. 41.
Coactus ingratiis. *Heaut.* III. 1. 37.
Coena dubia. *Phor.* II. 1. 28.
Cogitare modum benignitatis. *And.* V. 1. 7.
Cogere copias in angustum. *Heaut.* IV. 1. 56.
Coitio, *i. e. congressus*. *Phor.* II. 1. 32.
Comissare. *Eun.* III. 1. 52.
Commendare se *alicui* in clientelam, ac fidem. *Eun.* V. 9. 9.
Committere tergum in fidem alicujus. *Hec.* I. 2. 33.
Commode evenire. *Heaut.* IV. 2. 7. commode statuere finem orationi. *Hec.* I. 2. 20. commode dicere. *Ibid. ver.* 33.
Commutare verba cum. *And.* II. 4. 7. *Phor.* IV. 3. 33.
Compositio factum est. *Phor.* V. 1. 30.
Comprimere animam. *Phor.* V. 6. 29. manus. *Heaut.* III. 3. 29.
Concire iras inter &c. *Hec.* III. 1. 33. turbas. *Heaut.* V. 2. 17.
